materia tamen variaſ in portiones partita mediantibus dimenſionibus cauſa eſt multudinis indiuiduorum ſub eadem ſpecie: non eſſet enim niſi vnus homo: ſi tota materia quieſceret ſub anima humana que apta nata eſt ſtare ſub illa: primo celi.93. Non eſt etiam verum maiorem vel minorem copiam indiuiduorum inferre maiorē vel minorem perfectionem ſpecierū: quinimo perfectio rei eſſentialis nō habet etiam attendi penes appropinquationem ad ſummū: ſed penes diſtantiā a nō gradu perfectionis: ⁊ ratio eſt: ſemper diſtantia a non gradu tanta eſt quantum eſt id quod diſtat: appropinquatio ad ſummū non: ſed forte per minus: forte per maius ſepe per equale eſt acceſſus ad ſummū: quare cum intrinſece menſuretur diſtantia a non gradu: ſed extrinſece approximatio ſummo: concludendum eſt perfectionem rei attendi penes diſtantiam a nō gradu perfectionis.

Poſtremo arguit. Eſt etiam perfectior quoniam nihil continet ipſum: ⁊ nō eſt plures vno indiuiduo: ſiue illud totum ponat finitum: ſiue infinitū. ℂ Contra.3.phyſicorū.64. infinitum habet rationē partis: ⁊ imperfecti ⁊ contenti: hic Auerrois aſſerit mundū habere rationē totius ⁊ perfecti ⁊ continētis etiam ſi ponatur infinitus. ℂ Solutio eſt: veteres fecerunt mundū infinitum ⁊ perfectum: Ariſtoteles ſentit mundū finitum ⁊ perfectum: ⁊ ita ſententia eſt Auerrois in hoc loco ꝙ ſiue fuerit mundus poſitus finitus ſiue infinitus: ſiue iudicatus perfectus: ſm̄ tamen rei veritatem: hec pugnantia ſunt adſeinuicem: mundus eſt infinitus ⁊ perfectus: ⁊ ratio eſt: cum enim infinitus ſit ratione materie: ⁊ materia habeat rationem partis: imperfecti ⁊ contenti ergo ⁊ infinitum potius habebit rationem partis ⁊ contenti q̄ꝫ totius ⁊ continentis.

Digreſſio.

Contra perfectionem ⁊ vnitatem mundi peculiarem: que eſt vnitas aggregationis ⁊ ordinis: inducantur ad excitandum ingenia veſtra nōnulle rationes. In primis: mundo multa deficiunt quibus ornari poteſt: inueniri poſſunt alij mundi: ⁊ futura ⁊ preterita ſi pſentia exiſterent: mūdus perfectior eſſꝫ q̄ꝫ ſit. Nature itē portenta ⁊ nefanda hominū ſcelera mundū imperficere videntur. ℂ Solutio eſt.5.methaphyſice.21. mundus dicitur perfectus: quia omnino nihil extra ipſum eſt: ⁊ nihil deficit mundo: quod pertineat ad perfectionē mūdi eſſentialē. Non poſſunt itē peripatetice plures eſſe mundi. Futura ⁊ preterita ſi modo eſſent: mundū non redderent perfectiorem eſſentialiter. Inſuper portenta nature ⁊ monſtra ⁊ hominū vitia mundū potius exornant q̄ꝫ imperficiant: maxima nāqꝫ mundo adeſt pulchritudo ob tantā rerum diuerſitatem: mundus ergo perfectus erit. Tum q2 corpus. Tum quia vnus. Tū quia nihil extra ipſū omnino reperitur.

Rurſus. Terra ⁊ aqua continuanſ: ergo elementa: ergo celum elementis continuabiſ: ſupſicies.n. cōuexa terre ⁊ cōcaua aque ſunt vna ſuperficies: cū equaliter diſtent a cētro mūdi ex eadē pte centri. Similr ſupes cōcaua lune ⁊ cōuexa ignis: ⁊ cōcauū ignis ⁊ cōuexū aeris: ⁊ ſic de alijs: q̄ſi enī ſuperes concaua lune ⁊ conuexa ignis eſſent due: multe ſuperficies inuenirētur imediate: ⁊ duo puncta in eadē linea imediari cernerentur. ℂ Solutio eſt: duo indiuiſibilia in eodē ſubiecto imediari impoſſibile eſt: in diuerſis tamen ſubiectis id nō inconuenit: ⁊ ita linea protracta a centro trāſiens per ſuperficiem conuexam locati ⁊ concauam locantis nō eſt vna ſed plures. ℂ Amplius equalitas loci ⁊ locati attendenda eſt penes equalitatem dyametrorum protrahibilium a centris locantis ⁊ locati ad concauum locantis ⁊ locati: ⁊ ratio eſt: corpus locās ⁊ corpus locatum ſunt concentrica: cum ſint figurata conſimilibus ſuperficiebus ⁊ ad eoſdem terminos terminentur particule locati ⁊ locantis: vt Ariſtoteles aſſerebat in predicamento quantitatis: ⁊ cum concauum locantis ſit immediatum locato: erunt omnes linee ducte a centris locati ⁊ locantis ad concauum locantis ⁊ conuexum locati equales: daretur namqꝫ vacuum ſi concauum locantis a locato diſtaret: quare erunt locus ⁊ locatum equalia ſm̄ continentiam ⁊ ſm̄ ſuperſicies ſm̄ quas ſe contangunt. ℂ Et infero corolarie primo locatum maiorari poſſe loco diminuto: poſito ꝙ tota aqua in aerem conuertatur ⁊ concauum ignis aliqualiter minus reddatur: erit aer longe maior q̄ꝫ prius: concauum ignis ⁊ conuexum terre erunt locus aeris minor q̄ꝫ prius erat locus eius: concauum ſcilicet ignis ⁊ conuexum aque. ℂ Infero ſecundo vnius locati non eſſe niſi vnum locū proprium: ſi locus ſit ſuperficies ⁊ non corpus locans: ⁊ ſi quis opinione nominalium efficeretur putantiū locum eſſe corpus: opus eſt vt fateatur vnius locati infinita loca propria quorum tamen vnus ſit pars alterius: patet diuiſo locante in partes proportionales minoribus terminatis verſus locatum: erit itaqꝫ mundus vnus vnitate aggregationis ⁊ ordinis: cū ad Deum cetera que in vniuerſo exiſtant: ordinentur. Hec de perfectione ⁊ vnitate mundi dicta ſufficiant.

ℂ Sūma Quarta Primi de celo.

PRimo autē volo. Preſenti ſumma que eſt a Textu Commenti.5. vſqꝫ ad.17. intēdit Ariſtoteles cōuincere aliquod eē corpus ſimplex preter quattuor elemēta: cui motus circularis ſimplex natura conceditur. ℂ Sententia autem Textus Commenti.5. conſiſtit in duabus propoſitionibus: prima eſt: omnia phyſica corpora naturaliter atqꝫ a principio mouēdi intrinſeco ad locum moueri nata ſunt: vnde naturalia corpora ſic dicta per principium intrinſecum exiſtens in eis quod dicitur natura ſunt quidem per ſe mobilia: magnitudines autem non niſi per accidens. ℂ Cōtra: primo de generatione.29. linea ⁊ ſuperficies non ſunt in loco: neqꝫ ſm̄ ſe: neqꝫ ſm̄ accidens. ℂ Solutio eſt: termini corporum non ſunt in loco ⁊ non mouētur per accidens: itaqꝫ quandoqꝫ poſſunt eſſe in loco ⁊ moueri per ſe: ſed ſunt in loco ⁊ mouentur per accidēs: quia nunq̄ꝫ per ſe. Uel dico ꝙ puncta: linee: ſuperficies ſunt in loco per accidens ⁊ mouentur per accidens: quatenus ſunt termini corporum naturalium: vt vero mathematica cōſiderantur rōne non ſunt in loco ⁊ non mouentur per ſe: neqꝫ per accidens: ⁊ hec

⁊ hec eſt cauſa ꝙ Themiſtius dicebat.4.phyſicoꝝ.5.res mathematice oſtendunt manifeſte nõ eſſet eundem locuꝫ qui eſt noſtra inſtitutiõe: ⁊ qui natura preſcribitur: quemadmodũ enim res mathematicas cogitatione abſoluimus a motu ⁊ qualitatibus ſenſibilibus: ita ⁊ locum queꝫ illius natura non dedit: ſolũ imaginando tribuimus: corpora enim mathematica nõ ſunt grauia ⁊ leuia ⁊ neutra: primo methaphyſice.22.ideo illis vt mathematica nõ conceditur locus naturalis: cuius officium eſt cõtinere ⁊ conſeruare. Et non poteſt eſſe aliquis motus naturalis niſi ope nature qua ſubicitur naturatuꝫ motui. Contra: hoſtia cõſecrata in ſphera aeris relicta ſue nature naturaliter tendet deorſum: cuius tamẽ deſcenſus materia nõ eſt principium paſſiuuꝫ intrinſecum. Solutio eſt: aliq volunt grauitatẽ abſqꝫ fauore materie ⁊ forme ſubſtantialis ſatiſfacere ad deſcenſuꝫ naturaleꝫ: ⁊ ſm ipſos ſi eſſet vnum cõpoſitum ex materia ⁊ grauitate tantum: illud deorſum naturalr moueret: hec reſpõſio nõ ſatiſfacit: qꝛ grauitas aut eſt forma ſubſtantialis grauis: aut qualitas neceſſario inſequens formaꝫ ſubſtãtialem: quare dicendum eſt accidentia nõ poſſe inueniri naturaliter loquẽdo ſine ſubiecto: ſupnaturaliter aũt ſi accidẽtia ſint abſqꝫ ſubſtãtia: ſeparans accidẽtia a ſubſtãtia eas facit operationes: quas ſubſtãtia feciſſet ſublato miraculo.

Secunda propoſitio eſt. oĩs motus ſm locum aut eſt rectus aut circularis aut mixtus: rectus ⁊ circularis ſunt ſimplices: eo qꝛ fiunt ſm ſimplicia ⁊ vniformia ſpatia: rectũ. ſ. ⁊ circulare: quoꝝ vtrũqꝫ vnum eſt ⁊ continuũ: circulare tñ magis: quare ⁊ motus circularis recto ſimplicior ẽ mixtus motus ſumit ſm ſpaciũ partim rectuꝫ: ⁊ partim obliquũ. Motus rectus eſt q eſt a medio aut ad mediũ: circularis circa mediũ: motus rectus ſurſuꝫ eſt a medio: rectus deorſuꝫ ad mediuꝫ.

Auerrois primo dicit: incepit loqui de ſuis ſimplicibꝰ. i. de corporibꝰ ſimplicibus ⁊ accidẽtibus eoꝝ: neqꝫ eſt veruꝫ corpora ſimplicia facere ad eſſe mũdi: aĩalia: Plantas ad bene eſſe tñ: vt ſenſit ſanctꝰ Thomas. Tum qꝛ elementa ordinanſ in mixta. Tuꝫ qꝛ elemẽta a nullo intelligerentur: cũ nõ eſſet hõ a quo ſolũ intelligunſ. Tuꝫ qꝛ rueret ordo intelligentiaꝝ ſublato intellectu humano. Quare exiſtimo nõ ſimplicia ſoluꝫ: veꝝ ⁊ mixta facere ad eſſe vniuerſi.

Item aut eſſe. n. corporis celeſtis ſenſibile eſt p ſe. i. manifeſtũ eſt p ſe: nõ dꝫ. n. probari celuꝫ eẽ: cũ ſit ps ſubiectiua ſubiecti: ⁊ artifex non hẽat ptãtẽ pbandi ſuũ ſubiectũ eẽ. 2. de aĩa. 27. ſyllogiſmo cathegorico nec a priori nec a poſteriori qꝛ ſyllogiſmo hypotetico a poſteriori non inconuenit artificem probare ⁊ ſubiectum eſſe ⁊ partes ſubiectiuas eſſe: vnde manifeſtuꝫ eſt per ſe ꝙ omnia corpora naturalia mouenſ ſm locuꝫ per principiũ exiſtens in eis qd dicit natura ⁊ iſta corpora dicunſ naturalia per ipſum principiũ ⁊ hoc fundatum eſt ſup hoc ſcilicet ꝙ naturaꝫ eſſe in rebus nãlibus eſt manifeſtuꝫ p ſe: motus. n. ſoluꝫ eſt nãlis alicui q ei ineſt per principiũ intrinſecũ exiſtens in eis: ⁊ hꝫ eſt cã ꝙ Auerrois ſcribit. 3. celi. 20. motus circularis ignis non eſt violẽtus: nec eſt naturalis igni: qꝛ ignis nõ moueſ illo motu a principio exiſtente in eo: ergo diſtinctio de motu naturali a nã propria ⁊ a nã cõi nõ ſatiſfacit Cõmentatori.

Digreſſio Auerrois.

Sed in hoc. Digreſſio hec Auerrois tendit ad hoc: vt declareſ motũ celi eſſe ab intelligentia nõ obſtante ꝙ itelligẽtia nõ ſit conſiſtens per naturã ⁊ nõ ſit educta de potẽtia celi: ⁊ ꝙ põt eſſe diuerſitas motuũ ⁊ mobiliuꝫ a forma nõ educta ⁊ nõ cauſata a corpore: vnde motus celi ñ ſoluꝫ naturalis ẽ a principio materiali: ſed ⁊ a formali. 8. phyſicoꝝ. 27. eſt motus celi naturalis ⁊ per animam ⁊ per corpus: ⁊. 8. methaphyſice. 7. intelligentia naturaliter mouet: verum eſt ꝙ principia intrinſeca celi ⁊ ſublunariũ corporum ſunt dicta ſm prius ⁊ poſterius ⁊ equiuoce equiuocatione tamen analogiã compatiente. 2. methaphyſice. 26. ⁊ primo eiuſdẽ. 22. dicebat Cõmentator: celum habet naturam ſibi propriam aliam ab ea que eſt generabilium. Semper ergo negabatur celuꝫ componi ex materia in potentia ⁊ forma educta: ſiue motus celi eſſet naturalis a principio materiali tantum: ſiue a materiali ⁊ formali. Et quẽadmodum formis eductis habentibus formas oppoſitas conſtituuntur corpora grauia ⁊ leuia: motum rectum ſibi determinantia: ita intelligentijs celeſtibus conſtituunſ corpora celeſtia: nec grauia nec leuia: motum circularem ſibi determinantia: compoſita ex materia in actu ⁊ intelligentia. Contra: cuꝫ oporteat celum habere virtutem cognoſcitiuam motus particularis quo mouetur: ⁊ illa non ſit intelligẽtia que particularia non comprehendit: habebit celum animam ſenſitiuam a celo cauſatam. Solutio eſt: intelligentia mouens propter finem ſatis ẽ ꝙ cognoſcat finem principalem propter quem mouet: finis autẽ ſecundarius: motus ſcilicet celi: generatio ⁊ interitus horum inferiorum corporum naturaliter ⁊ neceſſario ſequuntur cognitionem finis primarij. Rurſus non videntur intelligentie differre: cum figurent celos eadem figura. Et moueant eodeꝫ motu. Et locentur corpora celeſtia eodem loco: quia centro. Solutio eſt: figura celoruꝫ diuerſificatur: ſi naturaliter ſumatur: mathematice ſumpta eiuſdem eſt rationis in omnibus. Item motus valde ſimiles inueniuntur in animalibus diuerſarum naturarũ. Iterum ad diuerſitatem ſubſtantialem celorum ſufficit ꝙ celi recedant a centro: vnum tamen ad maioreꝫ diſtantiam altero. Amplius: cum intelligentia non ſit intrinſeca celo: ſed extra. 2. celi primo: ⁊ primo capitulo de ſubſtantia orbis: motus celi non erit naturalis ab intelligentia: ⁊ cum celum ſit in loco per accidens. 4. phyſicorum. 45. erit ⁊ mobile per accidẽs tantum. Solutio eſt: intelligentia eſt intrinſeca celo ⁊ erit veriſſimus actus: quia cauſat ipſum in genere cauſe formalis dicitur tamen ſepenumero extrinſeca: quia non eſt educta ⁊ cauſata a celo: non pugnant enim iſte propoſitiones ad inuiceꝫ. Intelligẽtia eſt ſeparata a celo. Nõ eſt actus celi. Eſt extra celum. Eſt coniuncta celo. Eſt actus celi. Eſt in celo. Preterea ſtant iſta ſimul: celum eſt in loco per accidens ⁊ mouetur per ſe. Mundus autem mouetur per partem ⁊ non per accidens. 4. phyſicorum. 43. 44. vnde que indigent motu propter perfectioneꝫ acquirendam ſunt in loco per ſe: que indigent motu propter perfectionem conſeruandam: ⁊ ſi moueãtur per ſe: ſunt tamen in loco per accidens.

Series autem verborum Auerrois talis exiſtit. Sed in hoc eſt qd

non parua: quo nã pacto. ſ. moueat celuꝫ per principium intrinſecũ exiſtens in ipſo: natura. n. eſt principiuꝫ in aliquo per qḋ mouet ⁊ quieſcit res ipſa ex ſe. 2. phyſicoꝝ. 3. ⁊ dicitur primo de forma: ſecundo de materia. 2. phyſicoruꝫ. 14. Eſt autem forma magis natura ꝙ̃ materia: nõ ꝙ natura ſuſcipiat magis ⁊ minus: ſed q꞉ actus principiandi ⁊ naturandi magis cõuenit forme ꝙ̃ materie: preciſſimũ. n. eſt cauſare in genere cauſe formalis: viliſſimum in genere cauſe materialis: ſi ergo naturaꝫ eſſe in omnibus naturalibus notuꝫ eſt per ſe: ⁊ ꝙ mouens in iſtis corporibus aliud eſt a moto: non poteſt enim idem eſſe mouens ⁊ motuꝫ. 7. phyſicoruꝫ. 2. ⁊ primo capitulo de ſubſtantia orbis. i. ratio principiandi motũ actiue ⁊ ratio principiandi motuꝫ paſſiue reipſa diſtinguũtur. Cum declarauit ꝙ omne motũ per ſe habet mouens in ſe: tunc corpus celeſte cum mouetur per ſe aut peruenit ad motuꝫ per ſe. i. eſt motuꝫ per ſe: non per aliud: aut non: ſi per ſe: neceſſe eſt vt ſit in eo principium quo mouetur p ſe ⁊ ꝙ illud ſit aliud a moto: ergo corpus celeſte erit compoſituꝫ ex materia ⁊ forma: ergo generabile ⁊ corruptibile. ¶ Eſt aduertendum ꝙ corpora celeſtia ⁊ ſubceleſtia ex materia componuntur ⁊ forma: illorũ tamen compoſitio inuẽta eſt motu locali: cum moueantur ex ſe per ſe: ⁊ nihil idem poſſit hẽre rationem mouentis ⁊ moti: horuꝫ vero compoſitio comperta eſt generatione ⁊ corruptione: vnde moueri ex ſe poteſt concedi elementis quatenus mouentur aliquo modo ab intrinſeco: attribuitur animalibus ſublunaribus: quoniam diuiduntur in parteꝫ per ſe moventeꝫ ⁊ partem p ſe motam actu: ratione tamen partis: q꞉ muſculus eſt primuꝫ mouens ⁊ primuꝫ motuꝫ corporeum: reſiduuꝫ corporis eſt motuꝫ per accidens: cõgregatuꝫ ex muſculo ⁊ reſiduo corporis vocatur motum per parteꝫ ſepe dici ſolet celuꝫ moueri dũtaxat ex ſe: quia pars per ſe mouens celum eſt in actu: cũ non ſit cõſtituta in eſſe p celum: ⁊ pars mota eſt ſm ſe totam non ſm partem: mouẽtur igitur corpora celeſtia ex ſe p ſe: ⁊ cõponunt ex motore ⁊ moto: ⁊ apud me elementa ⁊ mixta inanimata: cum careant intrinſeca reſiſtẽtia nõ moueanturqꝫ ex ſe p ſe: non dicunt componi ex motore ⁊ moto: lꝫ cõponant ex mã ⁊ forma.

Iterum ait: ⁊ ſi poſuerimus hanc formaꝫ in eo non cõſiſtentem p naturam. i. non cauſatam a materia: ſcilicet formaꝫ qua declaratur in fine. 8. phycoruꝫ. 78. ⁊. 79. nõ eſſe p naturam. i. non eductam de potẽtia materie: quo modo igitur cõtinget ex diuerſitate motus vt diuerſetur natura moti: natura enim moti nõ diuerſat niſi propter diuerſitateꝫ ſue forme: ⁊ hoc nõ inuenitur niſi in forma exiſtẽte per naturam: verbi gratia quia ignis non differt a terra in motu: niſi propter diuerſitatem ſuaruꝫ formarum ſcilicet ꝙ terra eſt grauis ⁊ ignis leuior non eſt ergo intelligendũ hoc quod dicitur ꝙ natura in corpore celeſti eſt cauſa motus eſſe formam: forma eniꝫ abſtracta non ſignificat naturaꝫ corporis: neqꝫ in corpore celeſti eſt forma materialis que ſit cauſa motus ipſius in quo Ariſtoteles dixit neqꝫ eſſe graue neqꝫ leue: queret igitur aliquis ꝙ ſi ita eſſet neceſſario corrumperetur corpus celeſte: aut in eo eſſet potentia corruptionis. Senſus eſt: quoniam nõ poteſt inueniri diuerſitas motꝰ ſpecifica ⁊ mobiliũ ex motoribꝰ celeſtibus: cũ oẽs ipſi ſint ſubſtantie ſeparate: nõ cauſantes aliquã diuerſitatẽ in corporibus que mouent ab eis: neqꝫ in motibus qui ſunt ab eis: forme. n. diuerſitatẽ facientes in motibus ⁊ mobilibus ſunt que conſtituuntur in eſſe per ſubiecta: cũ forme quas naturaliter cõſequitur motus localis ſint forme date a generãte: vnde materie inueniunt diuerſe p eas dũtaxat formas ſupra quas habent cauſalitatẽ: nõ ẽ ergo intelligendũ hoc qḋ dicitur ꝙ natura in corpore celeſti eſt cauſa motus eſſe formã: forma. n. abſtracta nõ ſignificat naturã corporis: ergo intelligentie celeſtes non erunt forme corporũ celeſtiuꝫ: neqꝫ nature eorũdem: cuꝫ. n. materia ſit cauſa forme: ⁊ forma materie. 2. phyſicoꝝ. 30. ⁊ orbes celeſtes nõ ſint cãe intellectuum celeſtiũ: nõ erunt materie eorũdem: ergo intelligentia celeſtis nõ erit natura celi: ergo motus circularis non erit naturalis ab intelligẽtia. Neqꝫ inquit Auerrois in corpore celeſti eſt forma materialis que ſit cauſa motus ipſius: qḋ quideꝫ corpus celeſte Ariſto. dixit neqꝫ eſſe graue: neqꝫ leue: ergo celũ nõ cõſtituitur in eſſe per formam materialem: quacũqꝫ n. forma materiali componit corpus graue aut leue: ⁊ ſi ita eſſet ꝙ in celo eſſet forma materialis neceſſario corrumperet corpus celeſte: aut in eo eſſet potentia corruptionis. i. eſſet corruptibile: conſtat aũt apḋ Ariſtotelẽ celuꝫ neqꝫ corrumpi: neqꝫ eſſe corruptibile. ¶ Eſt obſeruandũ. Aui. vltra intelligentiã poſuit in celo animam ſenſitiuam cuius officiũ erat noſcere circulatiões particulares quas intelligentia agnoſcere nõ poterat: ⁊ q꞉ voluit materiã celi ⁊ ſublunarium eſſe eiuſdem rationis fecit celũ corruptibile poſitiue perpetuari ab itelligẽtia: credidit ẽt methaphyſicum via methaphyſicali habere poteſtateꝫ pbandi intelligentias eſſe. Auerrois autẽ non ponit in celo ſenſum: ſufficit. n. ꝙ mouens propter finẽ cognoſcat finem principalem propter quẽ mouet: ꝙ̃uis nõ cognoſcat finem ſecundariũ neceſſario ⁊ naturaliter ſequenteꝫ cognitionẽ finis primarij: fecit etiã Auerrois materiam celi ⁊ ſublunariũ alterius rationis: ⁊ arbitratur ſola via naturali poſſe probari ſubſtãtias abſtractas eſſe: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ. 3. capitulo de ſubſtantia orbis declarant iſte propoſitiões: corpori vt corpus cõceditur virtus finiti vigoris: at corpori vt cõſtitutum eſt ex materia in potentia ⁊ forma cõceditur finitas temporis ⁊ vigoris: corpori celeſti vt celeſte datur finitas vigoris ⁊ infinitas durationis: ⁊ naſcit tanta diuerſitas ob hoc: q꞉ materia corporũ ſubceleſtium tranſmutabilis ẽ de vna forma in aliaꝫ formã: materia aũt celi cum ſupra nullam formã cauſalitatẽ habeat nõ eſt variabilis ḋ vna forma in aliam formaꝫ ex orbe ergo ⁊ intelligentia conſtituit celũ: ⁊ quo celum mouet ẽ intelligẽtia: quo mouet eſt orbis ſubiectiuꝰ intelligentie.

Amplius ait: Sꝫ forte intelligendũ eſt ĩ hoc loco ḋ natura que eſt cauſa motꝰ: ſubiectum ſimplex. i. orbis celeſtis ſubiectus forme abſtracte corporis celeſtis: ⁊ hoc ipſuꝫ corpus nõ habet in ſe formam corporalem. i. materialẽ ⁊ cauſatam a celo: ⁊ iſte locus eſſet fortior locoꝝ facientiũ errare opinantes ꝙ corpus celeſte componit ex materia ⁊ forma qua dicit nõ eſſe graue: neqꝫ leue: ſicut ex forma ignis dicit ignis leuis: ⁊ terra ex ſua forma grauis. i. quẽadmodum forma ignis cauſata a mã ignis conſtituitur ignis leuis: ⁊ forma terre: terra grauis: ita forma celi conſtituta in eſſe per celũ cõſtituit celũ neqꝫ graue: neqꝫ leue: ſm hoc igitur poſſumus itelligere hoc nomen natura que dicit de corpore celeſti

⁊ de alijs

⁊ de alijs corporibus ſimplicibus ⁊ erit hoc equiuo ce idest elementa mouebuntur naturaliter ratione forme: celum vero ratione orbis ſubiecti intelligentie: ⁊ ſm hanc reſponſionem intelligentia non erit natura celi.

Preterea igitur aut dicem⁹ ꝙ forme abſtracte ſꝫ ꝙ ſūt forme abſtracte inate ſūt vt quilibꝫ qꝺ ab eis mouetur ſit corp⁹ neqꝫ graue: neqꝫ leue: ſic inate ſunt vt motū ab eis ſit rotūdū: ⁊ ſic inata eſt forma ignis vt habeat materiam propriam dicitur igitur hoc nomen natura ſm hoc de forma: ſicut dicitur de formis aliorum corporum ſimpliciū ⁊ poſt perſcrutabimur plus de hoc: ⁊ quocunqꝫ modo ſit: non debemus intelligere de natura que non eſt grauis neqꝫ leuis niſi naturam corporis ſimplicis: non naturam compoſiti ex materia ⁊ forma: vnde colligitur hec ſequela: hec natura eſt natura corporis non grauis ⁊ leuis: ergo eſt natura corporis ſimplicis: ſed cū ſit aliqua natura corporis grauis aut leuis ſimplicis ⁊ mixti: non tenet hec conſequentia hec eſt natura corporis grauis aut leuis: ergo ē natura corporis ſimplicis: ⁊ iſte explanationes inquit Auerrois ſunt propinque. ⁊ ratio ē: quia ambo ponunt celum non componi ex materia ⁊ forma: conſuetudo enim eſt Auerrois appellare celum corpus ſimplex: quia caret materia in potentia: non quia ſit conſtitutum ex actu ⁊ potentia: ⁊ orbe ⁊ intelligentia: poteſt ergo eſſe diuerſitas motuum ⁊ mobilium a formis non cauſatis: veluti ⁊ a formis eductis de potentia materie: forme nāqꝫ celeſtes diuerſificantur ex diuerſitate ordinis ſm diſtare plus vel min⁹ a cauſa prima: cui diuerſitati reſpondet diuerſitas celorum: ⁊ diuerſitas motus in ſpecie ipſis: ordine enim magnitudinis celorum ⁊ ordine velocitatum in motibus manifeſtatur euidentiſſime ordo ſubſtātiarum ſeparatarum: motores ſeparati non indigēt corpore: neqꝫ mouentur per accidens: cum ſint intellectus actiui mouentes. ⁊ inducit Albertus magn⁹ diſſimilitudinem inter id quod mouetur ab anima animalium ſubceleſtium perfectorum ⁊ illud quod mouetur a motoribus ſeparatis: quia corpus animalium de ſe non eſt ſuſceptibile motus progreſſiui: quo quidem mouet anima animalis perfecti: ⁊ ideo natura fecit ei fila ⁊ cordas per que trahit membra ad motum: ⁊ fecit ei muſculos in quibus ſedent virtutes affixe in membris que mouent ad imperium intellectus mouentis: corpus autem celi de ſe ſuſceptibile eſt motus influxi ei p ſuū motorē ſeparatum: quapropter non egent corpora celeſtia filis ⁊ cordis: nec virtutibus organicis affixis iſtis partibus mouētibꝫ quia talibus non indiget celum: ideo nullam habet virtutem que ſit corporis virtus ⁊ actus eius: ſed totus eſt ſeparatus: ita ꝙ nihil accipit a corpore: nec eſſe habet a corpore: neqꝫ diffinitionem. ⁊ hec eſt cauſa ꝙ Commentator dicit. 2. celi. 71. quoniā cauſa laboris in animalibus eſt vt addat potentia moti ſuper potentiam motoris: quoniam potentia moti neceſſario eſt oppoſita potentie motoris: hoc igitur intendit per laborem: ⁊ etiam ſi potentia moti in celo adderet ſuper potentiaꝫ motoris: tunc motus eius eſſet violentus. ¶ Senſus eſt: potentia moti dicitur addere ſupra potentiam motoris: quando motum inclinatur ad motum oppoſitum illi quem dat mouens: ⁊ ſi potentia moti celeſtis addat ſupra potentiam motoris: ille motus eſſet violentus: qꝛ ille motus eſſet tantum ſm naturaꝫ mouētis: ⁊ contra inclinationem mobilis: motus progreſſiu⁹ aīalis eſt ab anima ⁊ corpore .i. nō ab anima tantū: vbi motus celi eſt purus aīalis: nō ſunt ergo in celo ligamenta corporalia: quia potentia moti celeſtis non addit aliquid ſupra potētiā motoris: partes aūt aīalis mortalis vinculis corporeis vniunt: quoniā potentia moti in aīalibus ſubceleſtibus addit aliquid ſupra potētiam mouentis: motus ergo celi cenſendus erit aīalis ab intelligētia non cauſata a celo: pōt quoqꝫ eſſe diuerſitas motuū ⁊ mobiliuꝫ a formis non cauſatis a corpore: hec de digreſſione Auerrois.

Poſt exponit Textuꝫ Ariſtotelis: ⁊ primo inquit: cauſa diuerſitatis motuū ſm gen⁹ aut ſpecie eſt diuerſitas naturaruꝫ agētium ⁊ impoſſibile eſt vnam ⁊ eandeꝫ naturā habere diuerſos motus ſm ſpeciem .i. non adeſt motus naturalis alicui corpori niſi per principium exiſtens in illo: motus violentus ab extrinſeco tantum procedit. Et ſolitus ſum aſſignare differētiam inter motuꝫ grauis naturalem ⁊ violentum: proiecta mouent mediuꝫ per ſe: vt ſolum ab alio mota: cū motus ille cōtinue tardet atqꝫ diminuetur: graue autēꝫ in motu naturali: ⁊ vt ab alio motuꝫ ⁊ per formaꝫ ſubſtantialeꝫ mouet p ſe ⁊ effectiue mediū: mouētur. n. aīata ex ſe per ſe: cum diuidanſ in parteꝫ per ſe mouentē ⁊ partem p ſe motam. Elementa vero mouenſ a ſeipſis per accidens: cum careant intrinſeca reſiſtentia indigeantqꝫ per ſe ⁊ neceſſario medio. Et licet elementū nō moueaſ naturaliter ſimpliciter ⁊ per principiū intrinſecū ad partes cōtrarias: ad prohibenduꝫ tamē vacuū nihil vetat ipſum moueri verſus omnes differentias poſitionis: quemadmoduꝫ ⁊ ferrum nō mouetur naturaliter ſimpliciter ad partes cōtrarias: ſed quaten⁹ eſt alteratuꝫ a magnete nihil prohibet ipſuꝫ moueri ſurſum: deorſum: ante: retro: dextorſum: ⁊ ſiniſtorſuꝫ: vnde ferrum verſus magnetē: ⁊ vapores aſcendentes: ⁊ palea mota verſus lapidē precioſuꝫ: ⁊ humor agitatus verſus medianā dicuntur moueri ex ſe: qꝛ habent qualitates impreſſas quibus mediantibus mouentur verſus attrahētia mouentia motu locali cōiuncto alterationi in motibus localibus violētis ⁊ preter naturalibus mouens poteſt mouere ſine alteratione rei mote: in quibus quidem motib⁹ violētis virtus imprimiſ medio: ⁊ illud eſt quādo mouēs mouet nō alterādo: in motibus ſuperius dictis imprimitur virtus mobili: qua mediāte poteſt dici mobile moueri ex ſe.

Rurſus autē non eſt exiſtimandum ꝙ propter diuiſioneꝫ magnitudinis ſuper quā eſt motus: diuidatur motus in iſta duo: in motum ſcilicet rectum ⁊ circulareꝫ: ſed propter diuiſionē magnitudinis mote ſm iſta duo: ſcilicet ꝙ omne motuꝫ neceſſario aut eſt corpus rectarum dimenſionuꝫ: aut rotūdaꝫ: cum nulla dimenſio ſit tertia. Senſus eſt: quemadmoduꝫ ſpatiuꝫ circulare nō eſt cauſa motus circularis: ita nec rectum recti: ⁊ cuꝫ corpora ſimplicia aliqua ſint circularia: aliqua recta: mot⁹ ſimplex alius erit circularis: alius rectus: ⁊ dicitur motus ſimplex quando principio actiuo intrinſeco mot⁹ nō reſiſtit aliquod intrinſeceuꝫ trahens ad oppoſitum. Motus eſt mixtus quando principio actiuo reſiſtit aliquod intrinſeceuꝫ inclinans ad oppoſitū. Et motus vniformis ⁊ difformis quo ad partes ſubiecti ⁊

tempus. Eſt regularis et irregularis: vnde ſunt due linee regulares ſpacioꝝ menſuratiue: vna recta: qua quidem aſcenſus et deſcenſus menſurantur: alia circularis qua menſuratur motus ſpericus: pendet nanq̄ regularitas in motu ex magnitudine regulari: dicitur aūt magnitudo regularis vel vniformis cuius quelibet pars vniformiter ſequitur ad aliā partē: itaq̄ quelibet pars pōt ſupponi alteri parti: vt patet in linea circulari et ēt in linea recta: magnitudo aūt irregularis eſt cuius nō quelibet pars ſequitur ad aliā partem vniformiter: vt patet in duabus lineis angulum cauſantibus quaruz vna applicatur alteri nō in directum: quemadmodum partes vnius linee recte ſibi inuicem in directum applicantur: et ideo motus circularis eſt regularis: et ſimiliter motus rectus: ſz motus reflexi et obliqui qui angulū faciunt nō ſunt in materia: nec magnitudine regulari: vel quicunq̄ alius motus ſit per quācūq̄ magnitudinem: cuius quecūq̄ pars nō cōuenit cuicūq̄ parti per vniformitatem applicationis: vel cuius vna pars nō cōuenienter poſſit contingere aliam partem: ſi.n. illa pars que cōtinet angulum ſuperponatur illi parti que angulum nō continet: nō erit cōueniens contactus: vnde regularitas pmittit ſecuz difformitatē quoad partes ſubiecti. Eſt.n. motus celi regularis et difformis quo ad partes ſubiecti: patitur et difformitatem quo ad tempus: ē nāq̄ deſcenſus terre regularis et difformis quo ad tempus: his conſtat lineam elicaz nō eſſe lineam ſimplicem ſed mixtaz ex recta et circulari: cauſatur.n. elix vt inquit ſanctus Thomas ex duobus motibus imaginatis: quorum vnus ē linee circueuntis columnaz: alius eſt puncti moti p lineaz: ſi eniz vterq̄ motus ſimul et regulariter perficiatur: conſtituetur elica linea per motum puncti in linea mota quare concludo motus ſimplices eſſe in ſubiecto motis ſimplicis magnitudinis factos ſm ſimplicitatem illius magnitudinis et in ordine ad centrum et polos mūdi: et ita motus ignis orbicularis nō eſt ſimplex: nec motus terre tranſuerſalis.

Iterum inquit: motus circularis ē terminatus natura propter terminationem medij: motus autez naturales dicuntur eſſe terminati: alij autez motus circulares qui ſequūtur nō ſunt naturales: cuz nō habeant centrum terminatuz: ideo videmus epicicli quos ponunt aſtrologi ſunt falſi et forte ſimiliter ē de eccentricis eſſentijs magis. Senſus eſt: cuz tantuz vnū ſit centruz corporuz celeſtiū: quia tantū vnus eſt mundus: primo celi. 80. bene dicit hic Auerrois nō dari epiciclos et eccentricos quibus quidam ſentiunt mathematici planetam aliquādo terre proximiorē: aliquando remotiorē: ſequitur eniz celuz aſcendere et deſcendere: appropinquans eniz terre deſcendit: recedens a terra aſcendit: neq̄z valet rñſio dicentiū ad deſcenſuz et aſcenſuz requiri cē intra ſperaz actiuoꝝ et paſſiuoꝝ: q: hoc dato ruit rō Ariſtotelis infra. 18. qua pbat celuz nō eſſe graue et leue: q: nō accedit ad centrum: nec recedit a centro. Alij dicūt: qꝫ id qd̄ mouetur a medio vl ad mediū per lineam rectaz eſt graue vel leue: celum autez nō mouetur a medio vel ad mediuz per lineaz rectaz. Contra: perit ratio Ariſtotelis infra. 18. qua conuincit: ſi celuz moueretur a medio vel ad mediuz eſſe terraz: aquaz: aerē: vel ignez. Hinc eſt qꝫ ſanctus Thomas dicit hic. Sed videtur ſm hoc qꝫ non omnia corpora celeſtia circulariter moueantur: naz ſm Ptolomeū motꝰ planetaꝝ eſt in eccētricis et epiciclis: q qdē motus non ſunt circa medium quod eſt centrum terre: ſed circa quedā alia centra. Dicenduz qꝫ Ariſtoteles non fuit huius opinionis: ſed exiſtimauit qꝫ omnes motus celeſtium corporum ſunt circa centrum terre vt ponebant aſtrologi ſui temporis: poſtmodū autē Hyparcus et Ptolomeus adinuenerunt motꝰ eccētricorum et epiciclorū ad ſaluandum ea que apparēt ſenſibus in corporibus celeſtibus: vnde non eſt hoc demonſtratū ſed ſuppoſitio quedaz: ſi tamen hoc verum ſit: nihilominus omnia corpora celeſtia mouentur circa centruz mundi ſm motum diurnum: qui ē motus ſupreme ſpere reuoluentis totuz celū. Poſſem itaq̄ hoc loco ſine reuerentia loqui de Alberto magno qui audet dicere orbes oēs celeſtes eſſe vnius nature et ſpeciei et vnius materie ſi haberent idē centrum: et iniuſtiſſime Auerroim condānat: veritas nāq̄ peripatetica eſt: qꝫ celum eſt in loco per centrū a quo quidem corpora celeſtia diſtant: vnum magis altero: et hec diſtantia maior vel minor facit corpora celeſtia eſſe alterius et alterius rationis.

Poſtremo inquit. Motus autez equalis eſt ſuperius aut inferius. Senſus eſt: motus dicitur equalis cuius mobile rectarū et equaliū eſt dimenſionum in partibus: circularis cuius mobile curuaruz exiſtit dimenſionum: ſunt quidem elementa rectarum dimenſionū: et ſi ſint ſphericaa: quia ſibi motū rectuz determinant. Et eſt omnis motus localis aut naturalis aut violentus aut indifferens: quo motu indifferente mouentur elementa media in ſuis regionibus: ego autē arbitror elementa media naturaliter moueri in ſpheris proprijs: eaq̄ aſcendere et deſcendere: cum ſint nature medie: et habent ſm ſuas naturas grauitatē et leuitatē.

Digreſſio.

Sunt textu et cōmento. 5. iſte propoſitiōes approbate. prima eſt: celuz eſt corpus naturale: cuius intelligentia eſt natura que eſt forma: orbis vero ſubiectus intelligentie eſt natura que ē materia: cauſat nāq̄z celū intelligentia formaliter: orbis vero materialiter: et eſt talis orbis ſubſtātia ſimplex non compoſita ex materia et forma: non eſt tamen materia proprie dicta: cū non ſit in potentia ad formaz: ſed materia in actu nuncupari debet: neq̄ appellari poteſt forma: hoc fundamēto: ois forma naturalis principiū eſt alicuius motus naturalis et ſuarū diſpoſitionū naturaliū: orbis autez celeſtis ex ſe non eſt principiuz alicuius motus naturalis: non quidē recti: cū non ſit grauis nec leuis: nec circularis: cuz iſte ſit proprius anime. 2. capitulo de ſubſtantia orbis: cū itaq̄z celuz habeat motū circularē: et figurā perfectiſſimā: aliaſq̄z conditiones que nulli conueniunt niſi ex forma: erit orbis celeſtis materia aialiuz celeſtiū et ſubiectū: eſt fixꝰ intelligentie: materia ſublunariū eſt in potentia forma fixa in ea: dicitur autē materia fixa forme que cauſatur a forma formaliter: forma fixa materie eſt que conſtituitur in eſſe p materiaz: vnde omnes materie ſuſtentātur per formas non omnes tamen forme ſuſtentantur per materias quia forma celi non ſuſtentatur per celuz: prio phyſicorum. 63. 8. methaphyſica. 12. eſt itaq̄ celum cōpoſitum ex orbe et forma non educta: cum ſit celū cōſtitutum ex duabus naturis: quaruz vna eſt recipiēs motum: altera eſt agens motum: primo capitulo de

Obiectio ſubſtantia orbis. ¶ Contra: omne compoſitum eſt
nouū. 12. methaphyſice. 39. celum non eſt nouum: er
solutio: go. Dico celum eſſe nouum nouitate ſingulariū cir
culationū: non nouitate orbis ⁊ intelligentie: nec nō
⁊ accidentium permanentiū. 8. phyſicorū. 15. Ce
lum eſt eternum quantum ad ſubſtantiam: corrupti
bile vero quātum ad vbi. Uel dico omne compoſitū
eſſe nouū idest dependens a ſuis partibus.

Secunda propoſitio eſt. Naturalitas mutationis ſepe inuenitur ex parte
principij actiui ⁊ paſſiui: ſepe ex parte paſſiui tantū
ex parte principij actiui tantū nūquā motus eſt na
turalis. Unde celū quod eſt primū naturaliū moue
tur naturaliter ⁊ per animā ⁊ per corpus: quia in
telligentia mouet vt eſt apta mouere: orbis ſubiect⁹
intelligentie mouetur vt eſt aptus moueri: ⁊ ita in
uenitur animal ſimplex quod transfertur in loco ex
ſe: diuiditur enī celū in partē per ſe mouentē ⁊
partē per ſe motā in actu. 4. phyſicorū. 71. eſt au
tem orbis pars per ſe mota in actu: quia non eſt in
formabilis forma quā non habet: ⁊ facit illa actua
litas vt orbis celeſtis poſſit reſiſtere intelligentie:
cū fuerit potentia in loco: in quo intelligentia eum
cupit eſſe in actu: poteſt nanqȝ orbis propter ſuam
quam habet actualitatem eſſe ſubiectum imediatū
accidentium terminatorū: ⁊ cū varia vbi ſint acci
dentia terminata: poterit illis orbis ſubſterni: ⁊ qr
non poteſt ſimul ſubijci vbi contrarijs: idcirco pro
Nota: pter hoc reſiſtit ſuo motori. Et teneo ꝙ animal cele
ſte ſit quātū: moueat: intelligat: tamen orbis ſubie
ctus intelligentie non intelligit ſed mouetur ⁊ eſt
quantus: intelligentia autē neqȝ mouetur: neqȝ eſt
quanta: ſed intelligit: ⁊ ita ex hoc ꝙ animal celeſte
moueatur: non colligitur intelligentiā moueri: ne
qȝ per ſe: neqȝ per accidens: forme enim non cauſa
te a ſubiecto mouent abſqȝ hoc ꝙ moueantur: vn
de cauſa radicalis quare forma aliqua per accidens
moueatur: eſt quia eſt conſtituta ineſſe per ſubiectū:
primo de anima. 65. veruntamen eſt ꝙ ſepe concedi
tur intelligentias dependentes moueri per accidēs
ſed rudiuſcule: quatenus ſcilicet orbes ipſis infor
mati mouentur a prima intelligentia: Motus ergo
celi erit naturalis ⁊ per animam ⁊ per corpus: ergo
reperietur motus naturalis ex parte principij acti
ui ⁊ paſſiui. Motus autē elementorū naturalis: id
eſt naturalis: quia ipſa habeat in ſeipſis principiū
paſſiuū talis mot⁹ intrinſecū: materia elemēti eſt pri
cipiū paſſiuū quo elemētū ſubijcit motui forma ele
mēti eſt pricipiū paſſiuū iclinatiuū: quo q̄dē elemē
tum inclinatur moueri tali motu: elementa nāqȝ cū
per ſe a medio moueantur: a ſeipſis vero duntaxat
per accidens: non erit motus elementorum natura
lis merito principij effectiui. ¶ Itē mixtum inani
matum effectiue localiter natura mouetur ab elemē
to dominante: cuius mixti forma eſt principiū paſ
ſiuum inclinatiuum: ⁊ cum apud me in mixtis ani
matis ſit reſiſtentia intrinſeca: quia grauitas corpo
ris aie ſubiecti inclinet ad motū deorſum ⁊ illo mo
tu mouere poſſit: reſiſtentia hoc modo intrinſeca nō
reperietur in mixtis inanimatis. Item cum reſiſten
tia itriſeca ꝓprie ſit in his q̄ ex forma ⁊ corpe cōpo
nuntur: ⁊ que diuidantur in partē per ſe mouentē
⁊ partem per ſe motā: ⁊ mixta inanimata nō conſti
tuantur ex forma ⁊ corpore: neqȝ in partē per ſe mo
tam diuidantur ⁊ partē per ſe mouentē: eſt tenen
dum in mixtis inanimatis nō proprie reperiri reſi
ſtentiā intrinſecā: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ fundatiſſimus
doctor Egidius romanus dicebat. 4. phyſicorum.
motus animalis ab anima mediāte appetitu in va
cuo eſt ſucceſſiuus: at ſi animal cadit d̄ alto deorſum
in vacuo: motus ille momentaneus exiſtit. ibi. n. ni
hil eſſet per qd̄ mobile reſiſteret mouēti: ⁊ in tali mo
tu idē eſt iudiciū de aiali ⁊ alijs grauibus ⁊ leuib⁹:
Hinc eſt ꝙ ſolit⁹ ſum affirmare elementa dominata
in mixto nō reſiſtere elemēto dominanti: eaqȝ in mi
xto habere eſſe in potentia tantū: ⁊ quēadmodum
materia prima nō reſiſtit: quia ſuū eſſe eſt potētiale.
ita elementa dominata nō reſiſtunt: cū eorū eſſe in
mixtis ſit potētiale. Rurſus plāte: bruta ⁊ homo ha
bent in ſeipſis principiū actiuū ⁊ paſſiuū ſuorū mo
tuū localiū: qui ſibi inſunt ex ea pte qua ſunt aiata:
vnde animal ſubceleſte ſi ſaltat ſurſum: ille mot⁹ eſt
naturalis ratione anime tantū: ⁊ corpori vt eſt ani
matū: non vt corpus graue: ſi autem deſcendit: ille
motus eſt naturalis ratione anime ⁊ corporis. Cō Obiectio
tra. 2. capitulo de ſubſtātia orbis: motus circularis
eſt ꝓprius aie ſm ꝙ aia: ergo aia nō mouet natura
liter deorſū: neqȝ ſurſū. Itē ſi motus ſurſū ē na
turalis aie: mot⁹ deorſū erit eidē violent⁹: eidē. n.
non poſſunt ineſſe duo motus contrarij. Dico itaqȝ solutio:
ꝙ quidam motus eſt ab aia non precedente cogni
tione: vt eſt atractio nutrimenti: ⁊ retentio ſupflui
tatis: quidam eſt ab aia precedente cognitione non
tamen ꝙ cognitio ſit cauſa illius motus: patet d̄ mo
tu matricis quo recipit ſemen: ⁊ motu inteſtinoꝝ ex
pulſiuo: ⁊ iſti motus ſunt naturales ⁊ nō voluntarij:
motus autē ab anima precedente cognitione cauſa
illius: dicitur vere ⁊ exacte voluntarius: quare po
terit anima mouere animal motu voluntario ad oēs
differentiā poſitionis: licet motus circularis ſit p
prius anime vt aia eſt. Uerūtamen cum ois motus
localis ſimplex ſit aut naturalis aut violentus: ⁊ ois
motus naturalis aut violentus ſit ſimplex: non erit
motus animalis ſubceleſtis naturalis: cū ſit mixt⁹:
cauſa autē quare motus progreſſiuus eſt mixt⁹ aſſi
gnatur ab Auerroi. 2. celi. 71. quia ſcilicet potentia
moti addit ſuper potentiā motoris. Contra: motus Obiectio
celi eſſet violent⁹: ſi potentia moti celeſtis addat ſup
potentiam motoris: ergo motus progreſſiu⁹ exiſtet
violentus: cū potentia moti addat ſuper potentiā
motoris. Solutio eſt: motus quidē celi inueniretur solutio.
violentus ſi potentia moti adderet ſupra potentiam
motoris: quia ille vtiqȝ eſſet ſm naturā mouentis
tantū: ⁊ contra inclinationē mobilis: motus ꝓgreſ
ſiuus animalis ē ab anima ⁊ corpore. i. nō ab anima
tantum. Uel motus celi eſſet violentus: idest cōtin
geret celo labor ⁊ defatigatio. Uel ille motus eſſet
violentus: quia eſt ſimplex ⁊ non eſſet ſm propriam
mobilis inclinationē: motus enim circularis ignis
eſſet violentus ſi eſſet ſimplex: infra Cōmento. 10.
Et licet nihil ſit qd̄ poſſit moueri localiter naturali
ter niſi merito pricipij actiui exiſtētis in eo: poſſunt
tamē extrinſecus alterata naturaliter alterari. Et ita
iſte due propoſitiones ſunt vere. Aqua naturaliter
caleſit. Aqua violenter aſcēdit: his igit̄ cōſtat penes
quid attendat naturalitas motus.

Tertia propoſitio eſt. Simplicitas motus lo Tertia pp°:
calis in ordine ad centrū ſumenda eſt:
vnde partes motus ſm prius ⁊ poſterius: ſm exten
ſionē mobilis ⁊ ille ex quibus reſultat intenſio mo

tus non interueniunt ſimplicitatem motus. Patitur quoqꝫ ſimplicitas motus difformitatem quo ad partes ſubiecti: eſt enim motus celi ſimplex: cuius tamē partes verſus circūferentiam velocius mouētur: ꝙ partes polis propinque: permittit ⁊ ſimplicitas motꝰ difformitatē quo ad tempus: cum graue naturaliter deſcendens velocius moueatur in fine ꝙ in principio: ⁊ ita in partibus temporis equalibus ſpacium nō pertranſitur equale: ſed motus ea ratione nūcupatur ſimplex: qua per lineam breuiſſimā cōmittitur in ordine ad centrum: linea recta menſuratur aſcenſus vel deſcenſus: circulari mēſuratur motus ſphericꝰ: ⁊ hec eſt cauſa: quia conceduntur iſte concluſiones. Duo grauia equaliter a centro diſtantia ⁊ centrum per motum equaliter attingentia: vnū tamen per cordā alterum per arcum eque velociter deſcendent: ⁊ vnū mouebitur velocius altero: velocitas enim deſcēſus menſuratur penes approximationē maiorem vel minorem ad medium mundi: at velocitas motus attenditur penes ſpacium deſcriptū in tanto vel tanto tēpore. Poteſt aliqđ corpus totale moueri motu ſimplici cuius quelibet medietas moueatur motu cōpoſito: capta terra pura deſcendente cuius punctꝰ medius dūtaxat deſcribat ſemidyametrum mundi: medietatibus illius condenſatis vel rarefactis. Velocitas igitur motus localis recti ⁊ circularis inſequitur ſpacium lineale aptum pertranſiri a puncto velociſſime moto in tanto vel tanto tēpore: deducta denſatione: ⁊ rarefactione ⁊ cōtralatione medij: ⁊ ideo licet partes verſus equinoctialem circulum velocius mouēatur ꝙ partes propinque polis: omnes tamē dicte partes eque velociter circuīt: quēadmodū .n. ſtāt aliqua duo corpora eque velociter deſcendere ⁊ nō pari moueri velocitate: ita poſſunt aliqualiter circuire ⁊ nō eque velociter moueri: oēs ergo motꝰ ſimplex aut eſt nālis aut violentꝰ: ſi fit ſm inclinationem mobilis eſt naturalis. Si contra inclinationem paſſi violentus exiſtit.

Quarta propoſitio eſt. Nullum corpꝰ celeſte eſt eccentricū mundo: cum enim non poſſit eſſe motus circularis circa aliud ꝙ circa centrum totius reſpectu cuius ſimplicitas motuum corporum ſimplicium dignoſcitur: erit omne celum cōcentricum mūdo. Sed mathematici quos imitatur Albertus magnus multos orbes celeſtes eccentricos faciunt: ſunt .n. ſtelle errantes aliqñ terre propiores: aliqñ remotiores ⁊ ſepenumero apparent notabilis maioris quātitatis ꝙ priꝰ: ⁊ interdū eclipſis eſt diuturnior: interdū ipeditur. Sunt ⁊ planete ſtationarij: directi retrogradi: ⁊ iſte apparētie non poſſūt cōmode ſaluari ſine epiciclis ⁊ eccentricis. ¶ Et vt opinio mathematicorum habeatur paulo altius exordiendo. Dico primo: celū ex octo ſtellatis ſpheris integratur: que qdē huc ordinē ſortiuntur: Sphera lune: Mercurij: Veneris: Solis: Martis: Iouis: Saturni. Firmamentū in quo ſunt ſtelle fixe: quas lōga experientia ⁊ longa obſeruatiōe deprehēſum ē oēs equali moueri velocitate: ⁊ equalem diſtantiā ſemper adinuicem ſeruare ⁊ ꝓpinquitatē ſitūqꝫ ⁊ figurā nūꝙ variaret at planete ſtelle errantes nominantur: cū moueantur varijs motibus velocitate ⁊ tarditate ⁊ ſitu diſtantibꝰ: quidam nāqꝫ progrediuntur verſus orientem: ⁊ quidam tendunt ad occidentem: nōnulli ad auſtrum: alij ad ſeptētrionē mouentur. Verum quia compertum eſt firmamentum moueri tribus motibus: ab oriente .ſ. in occidētē .i. 24. horis: ⁊ ab occidēte in orientē in .36000. annis: ⁊ motu acceſſus ⁊ receſſus ſeu trepidationis: inuenerunt enim nōnulli aſtronomi ſtellas fixas quandoqꝫ ad orientem: ⁊ quandoqꝫ ad occidentē: ad ſeptētrionē ⁊ auſtrū moueri: verū ad orientem velocius ad occidentē: ad ſeptētrionem quandoqꝫ velocius ꝙ ad auſtrum: ⁊ interdū ad auſtrū velocius ꝙ ad ſeptētrionem: quam apparentiam non cōfidentes ſaluare vno motu imaginati ſunt in firmamento varios motus: quorum primus eſt tardiſſimꝰ in longitudine zodiaci ordine ſignorum ſingulis ducentis annis gradu vno ⁊ .28. M. extenditur: alter vero fit in duobus circulis paruis in capite arietis ⁊ libre: quo motu ſtelle aliquando progrediuntur ad orientem: quandoqꝫ vero ad occidentem: ⁊ ſeptētrionem ⁊ auſtrū mouentur: ⁊ quando in illis circulis a ſphera mouetur ſm ordinem ſignorum cōbinatur cū priori qui etiam eſt ad ſucceſſionem ſignorum ⁊ motus fit velociſſimus ad orientem: at quando eſt motus in reliqua parte circulorum: cōtra ordinem ſignorum: tardior fit motus ad occidentē: eo ꝙ primus motus in longitudine deficit ab iſto: quare predicti auctores ſupra firmamentū poſuerunt nonam ⁊ decimā ſpheram: decimam primū mobile vocantes: quo octaua motu diurno mouetur: nona exiſtit ſm mobile quo motum recipit in lōgitudine: octaua autem proprio motu mouetur in circulis paruis: quem motum trepidationis dicunt: ſiue acceſſus ⁊ receſſus: hoc igitur primo dicto patet numerus corporū celeſtiū.

Dico ſecundo. in ſphera inueniuntur ſex circuli maiores: ⁊ quatuor minores. Maior circulus is eſt qui in conuexa ſuperficie ſphere deſcriptus ſpheram in duo equalia diuidit: ⁊ ſunt: equator: zodiacus: colurus equinoctiorum: colurus ſolſtitiorum: meridianus ⁊ horizon. Circulus minor is eſt qui in ſuperficie ſphere deſcriptus: minime ſpheram in duo equalia diuidit ⁊ enumerantur iſti: circulus arcticus: circulus cancri: circulus capricorni: ⁊ circulus antarticus: circulus maior tranſit per centrum mundi: circulus minor tranſit extra centrum: ⁊ ſicut circulus rectis lineis diuiditur: ita ſphera circulis vel planis ſuperficiebus per eius corpulentiam imaginabiliter tranſeuntibus in partes ſecatur: patent hec exemplo pomi cultello diuiſi. Eſt equator tranſiens per partē orientis ⁊ occidentis diuidens celum in duas medietates: quarum vnam ponit ad polum ſeptētrionalem: qui ⁊ plus boreus: ⁊ arcticus nominari ſolet: aliam ad polum meridionalem qui ⁊ polus auſtralis: ⁊ antarticus dici ſolet: ⁊ ſole exiſtente in tali circulo dies ⁊ noctes in toto mundo equales exiſtunt: ⁊ ſicut primum mobile ſe habet ad alia corpora celeſtia: ita equinoctialis ſe habet ad alios circulos: ⁊ reperitur equinoctialis in quolibet celorum equinoctialis enim circulus itelligitur diuidere omnes ſpheras vſqꝫ ad centrum mundi in duo equalia. zodiacus ſecat equatorem in duobus punctis que ſunt principia arietis ⁊ libre: cuius vna medietatum ad ſeptētrionem: altera vero ad auſtrum declinat. Signa ſeptētrionalia ſunt: Aries: Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Virgo. Signa auſtralia ſunt: Libra: Scorpius. Sagittarius: Capricornus: Aquarius: Piſces: Cancer: Leo: Virgo: Libra: Scorpius: Sagittarius recte aſcendunt: Capricornus aquarius: Piſces: Aries: Taurus: Gemini oblique: cum ſol eſt in cancro eſt maxima dies

ma dies: deinde in leone: deinde in virgine: quādo eſt in libra eſt equinoctium: in ſcorpione minor: in ſagittario minor: in capricorno minimus: deinde in aquario: deīde ī piſcib⁹: in ariete eqnoctiū: ī tauro maior nocte ē dies: in gemini adhuc maior. Et ītelligiſ zodiac⁹ hr̄e latitudinē .12. graduū: quoꝝ graduū ſex relinqi linea ecliptica verſus ſeptētrionem: ⁊ totidē v̄ſus polū meridionalē. Colurus eqnoctiorū diuidit ſpherā in duas ptes equales trāſiēs p polos mūdi īterſecās zodiacū in pricipio arietis ⁊ libre: ⁊ qñ ſol eſt in illis duob⁹ pūctis dies equaſ nocti: cuꝫ ē in pricipio arietis ſecūdo martij eſt equinoctium vernale: in pricipio libre circa mediū ſeptembris ē equinoctiū autūnale. Colurus ſolſtitiorum diuidit sperā in duas partes equales trāſiens p polos mūdi interſecās zodiacū in principio cancri ⁊ in principio capricorni: ſeu in maximis ſolis eleuatiōibus ⁊ declinatiōib⁹: ⁊ eſt ſolſtitiū eſtiuale ī medio iunij dū ſol intrat cancrū: eſt ſolſtitiū hyemale in medio decēbris dū ſol ītrat capricornū. Horizon trāſit p polos mūdi ⁊ pūcta oriētis ⁊ occidētis ſecans celū ī duas medietates quarū vnā ponit ſupra terrā: ⁊ aliam infra terrā: qua de re talis circulus noīatur determinator viſus: qꝛ nō pmittit niſi ptē ſuperiorē celi videri. Circulus meridianus eſt circulus maior trāſiens p polos eqnoctialis ⁊ zenith ſemp: p hoc qꝺ trāſit per polos ſeiūgiſ ab eqnoctiali ⁊ zodiaco: ptranſire per zenith dū ab orizōte recto: qui a zenith ſemp equalr̄ diſtat vndiqꝫ: dꝛ ſemp vt differat a coluris: qui qñ meridiano vniunſ: trāſeunt p polos ⁊ zenith: ſed accidit coluris tranſire p polos ⁊ zenith: ⁊ talis circulus oſtendit pūctū meridiei ⁊ medie noctis: cum ſol eſt ſub iſto circulo in ſupiori hemiſperio ē meridies ⁊ cuꝫ eſt in inferiori eſt media nox: imaginamur itaqꝫ meridianum ad ſignandum illam partem hemiſperij ad quam cum ſol peruenerit eſt meridies vel media nox. Et ciuitates diuerſe varios habēt meridianos ſm̄ qꝫ magis appropinquant orienti vel occidēti: ⁊ tales meridiani interſecant equinoctialem ad diuerſa puncta. Arcus equinoctialis interceptus inter meridianos dicitur longitudo ciuitatum: ⁊ ſi due ciuitates eundem habeant meridianum: tunc equaliter diſtant ab oriente ⁊ occidente: ⁊ nulla eſt inter eas longitudo: tamen diſtarent ſm̄ latitudinem: quia vna eſt proximior equinoctiali qꝫ altera. Tropicus cancri eſt circulus minor quem ſol in principio cancri exiſtens ad motum primi mobilis deſcribit: ⁊ dꝛ ſolſtitiū eſtiuū. Tropic⁹ capricornis ē quē ſol tenēs initiū capricorni ad motū primi mobilis deſcribit: quē appellāt circulū brume. Circulus arcticus eſt ille quem deſcribit polus zodiaci ad motum primi mobilis circa polum mundi arcticum. Circulum antarticum deſcribit alter polus zodiaci circa polum mundi antarticum: horum omnium circulorum immobiles imaginantur meridianus ⁊ horizon: alij mobiles: ⁊ omnes nominati circuli ſunt imaginarij ⁊ non partes reales celi excepto zodiaco: ⁊ fingendo ⁊ imaginando tales circulos deuenimus faciliter ad cognoſcendum propinquitates planetarum ⁊ diſtantias ⁊ eſſe eorum in ſignis: hec de circulis in ſphera deſcriptis dicta ſufficiant.

que tenet: quia omnis motus ſimplex eſt aut rect⁹ aut circularis. Dicit ergo Ariſtoteles: ſi quippiam aliud corpus adſit qḋ preter naturam circulariter feratur: erit alius quiſpiam motus ipſius ſm naturam: at id eſſe non pōt. nam ſi ſit is motus quo ſurſum itur: ignis vel aer erit: ſi is quo deorſum tendit terra erit vel aqua: & hoc eſt ꝙ Auerrois ait in fine cōmenti: vult dicere ſi aliquis dixit ꝙ iſte mot⁹ pōt eſſe accidētalis alij corpori preter iſta que recte mouentur: neceſſario ꝯtinget vt hoc corpus habeat motum naturalē preter motū iſtoꝝ quattuor corporū: ſed hoc eſt impoſſibile: nō eſt.n. mot⁹ rect⁹ nālis niſi aut ad ſuperius aut inferius.

Auerrois dicit: pōt aliqs dicere ꝙ ē accidētalis alij corpi ṗter iſta corpora mota motu recto: & ōis non erit naturalis corpi moto ſm circulū: hoc enim poſſibile eſt poni in locoppoſitionis minoris dicētis in prima demōſtratione ꝙ iſte motus circularis eſt nālis corpori nāli: qm̄ pt aliqs dicere ꝙ eſt ei accidētalis ſiue ſit vnum elemētorum ſiue aliud: aut naturalis ita ꝙ ſit vnū elementorum quattuor. Senſus ē: potuiſſent negantes dari quintū corpus ſimplex naturaliter motum motu circulari: affirmare primo motū circularē non eſſe alicuius corporis ſimplicis: & ob hoc textu cōmenti octaui fuit deducta iſta concluſio: motus circularis eſt alicuius ſubiecti ſimplicis. Itē potuiſſent aſſerere ſecundo illū motū eſſe naturalem elemento. Tertio eſſe elemēto accidētalē: & ꝓpterea textu cōmēti 10. fuit patefacta hec cōcluſio: mot⁹ circularis neq̄ eſt nālis elemēto: neq̄ eidē ē violētus. Quarto dicē potuiſſent motū circularē eē accidentalē celo: & hac de cā fuit inductus textus cōmenti. 11. vt oſtenderetur celum eſſe de numero quattuor elementorum ſi motus circularis ſit ei accidētalis: dedit ergo Ariſtoteles tres demōſtratiōes cōtradicentes iſtis modis: & quedā eaꝝ auferūt dubitationē ī minori: ſ. hac ſ. mot⁹ circularis ē ſimplex: & q̄dā ī maiori: ſ. hac vꝫ: ōis mot⁹ ſimplex eſt alicui⁹ corpis ſimplicis: & ſm hoc itelligere debemus hūc locū: vt quelibet illarū demonſtrationū ſit ſufficiēs ꝑ ſe: ad excludenduꝫ. ſ. aliquē illoꝝ modoꝝ. Uel ſit alia lectio talis: quelibꝫ iſtaꝝ demōſtrationū nō ſit ſufficiēs ad cōcludēdum dari corp⁹ qntū motū ſꝫ nām motu circulari. ❡ Cōtra: ꝓbat hic quintū corp⁹ eē q̄ ps ſubiectiua ſubiecti libri de celo ꝓbat eſſe: ꝫ Cōmentatorē. 3. de aīa 27. nec ſubiectū: nec ptes ei⁹ ſubiectiuas eē ꝓbat artifex. ❡ Rn̄deo ꝙ poſteriori ſyllogiſmo hypotetico & ducēte ad impoſſibile nō incōuenit artificē ꝓbare & ſubiectū & ptes ſubiectiuas eſſe ſyllogiſmo aūt cathegorico: nec a priori nec a poſteriori id fieri pōt.

Sententia textus cōmenti. 12. & 13. Motus circularis eſt natura prior & pſectior recto: cū ſiat ſm pſectius ſpatiū: cū ſit circulus linea recta pſectior: igit motus circularis debetur corpi nā priori q̄ ſint ea corpora quibus natura datur motus rectus: id aūt corpus aliud erit a quattuor elementis: neq̄ motus circularis erit corporū mixtoꝝ: cū corpa mixta moueant ſm nām elementi dominātis: ergo daſ corp⁹ ſimplex qḋ circulariter nā mouet. Quare & quedā eſt corpea ſubſtantia celeſtis perfectior elementis & corporib⁹ naturalibus ex eis cōpoſitis.

Auerrois p̄io dicit: mot⁹ circlaris ē prior ſꝫ nāꝫ oib⁹ motib⁹ nālib⁹ cū ſit cā gnātōis & corruptōis. 2. ḋ gnātōe. 55. & ſblato motu celi tollit īflux⁹ itelligētie: celo.n. geſcēte ruerēt oīa. 8. phyſicoꝝ. 77. 4. capitulo de ſubſtātia orbis: is motu celi res nāles pendent quātū ad ꝓduci: conſeruari & operari: hinc eſt ꝙ mot⁹ celi quaſi vita oībus que ꝑ nām ꝯſtituūtur nūcupabaſ. 8. phyſicoꝝ prio: quo aie & openiones viuentiū nāliū ꝯſeruaſ. Eſt & motus circularis mēſura motus recti: cōſtat aūt mēſuraꝫ pſectiorē eſſe mēſurato. ❡ Cōtra: menſura & menſuratū debēt eē eiuſdē rōnis. 10. methaphyſice. 4. motus circularis & rectus nō ſunt eiuſdeꝫ rōnis. 7. phyſicoꝝ. 24. ❡ Solutio: primū menſuratū mot⁹ circularis eſt motus circularis: cuꝫ totū prius menſuretur a parte ſua q̄ aliud ſibi extrinſecum.

Item ait: motus circularis eſt in eo qḋ eſt pſectioris figure: & qḋ eſt pſectioris eſt pſectius: ergo motus circularis eſt pſectiſſim⁹ motuū. ❡ Contra: gnātione: augmento & alteratōe pſectior acquirit termin⁹ ad quē q̄ motu locali: ergo. ❡ Solutio eſt: nobilitas motuū attendit ſi ſunt eiuſdē generis penes terminos ad quos tendunt: ſi ſint alterius generis penes ſubiectū & finē: motus.n. celi ceteris eſt ꝑſtantior: nō obſtante ꝙ vbi ſit impſectius formis in quas deſinunt alie mutatōes.

Iterum ait: cuꝫ ꝓpoſitio dicens ꝙ circulare eſt pſectius ſm figuraꝫ recto non ſit manifeſta: incepit declarare eā dicēdo: corpus circulare differt a recto qḋ eſt finitū: & impoſſibile ē in eo additio: corpus aūt rectarū dimenſionuꝫ eſt diminutum: ſiue finitū: ſiue nō. Senſus eſt: figura circularis maxime eſt capacitatis & cōtinentie: eſt ſimpliciſſima & pſectiſſima cui additio fieri nō poteſt: cuꝫ idē punctus per totuꝫ circulum ſit principiū & finis: corpus ſpericū perfectū eſt palam ex parte cōcaua & eſt dubiū in gibboſitate. Contra: aucta gibboſitate celi: creſcit & cōcauitas: ergo ſi eſt dubiū de vno: eſt etiā dubiū de alio. Solutio eſt: ḋ cōcauo nō eſt dubiū: qꝛ ſenſu perſpicit gibbus vero nō.

Rurſus inquit: corpus rectum finituꝫ diminutum eſt & poſſibilis eſt in eo additio inquantū corp⁹. pōt.n. creſcere in cōtinens: & dicitur vt corpus: nō vt ħ corp⁹: vt Albert⁹ explanat: qꝛ maxima dimenſio quaꝫ habet materia in potentia eſt dimenſio ignis. 2. de anima. 97. corpus ſi eēt infinituꝫ eſſet etiaꝫ imperfectū. Contra: ſi eſt infinituꝫ illi non poteſt fieri additio. Dico infinituꝫ eſſe interminatuꝫ: & quodlibet interminatū vt ſic eſſe terminabile: & hac ratiōe infinito dicitur fieri additio: quatenus terminari & compleri dicitur: circulus igitur vbiq̄ vnus eſt & cōtinu⁹: cui neq̄ addi quicq̄ pōt: neq̄ ſubtrahi: manēte circuli ratione: recta linea nō vbiq̄ vna eſt & cōtinua: cuꝫ extremitates habeat nō adinuicē cōtinuas & ei pōt addi quicq̄ aut ſubſtrahi manente eadem linee ratione.

Amplius ait: & hoc non cōtingit poſteriori motui. ſ. recto: niſi qꝛ inuenit in eo ex ꝑcedente: & ideo motus iſte eſt neceſſarius in ꝑcedente & poſteriori nāliter. Senſus eſt: mot⁹ celi eſt cā oium iſtoꝝ inferioꝝ: & ſi mot⁹ rectus ineſt elementis nāliter. hoc eſt ꝓpter corpus celeſte: quanto igit magis neceſſariuꝫ eſt vt motus celi inſit illi naturaliter: ideo dicit Auerrois: & hoc nō cōtingit. ſ. motus rectus adeſt natura elementis nō per aliud: niſi qꝛ hꝫ hoc a ꝑcedente. ſ. a motu celi: ſecūdo de neceſſitate cōcludit ꝙ nāliter motus ꝑcedēs ſit nālis:

ſi poſterior ſit naturalis.

Cōmento. 13. celum vocat corpus diuinū: ſpiritale ⁊ glorioſum. Eternū ſʒ totū ⁊ partes: q2 caret materia in potētia. Mixta oīa caduca ſunt ⁊ ſm totuʒ ⁊ ſm parteʒ. Elemēta ſʒ totuʒ ⁊ quālibet partē ſimul generari vel corrumpi non poſſunt: neqʒ vt ſic gnābilia ⁊ corruptibilia exiſtunt. Data tamen quauis parte elementi: illa aliqñ peribit: vnde elementū ſm ſe totū hʒ ad aliud ꝓportionem equalitatis: a ꝓportione aūt equalitatis non celebrat actio. Contra: igni in cōcauo lune exiſtenti nihil cōtrariat: ergo nō poterit ibi corrūpi: neqʒ ēt in alio corrūpetur: q2 non pōt deſcendere naturalr̄ neqʒ violenter: cū nulluʒ ſit ibi violentans: neqʒ ſm naturā poſſit eſſe aliqđ ibi ignem deorſuʒ violenter ipellens: qm̄ oportēt illud violentās vincere celū ⁊ ignē q̄ reſiſtūt violētati: ⁊ hoc eadē rōe poſſet ꝓbari terraʒ in centro exiſtētē eternā eſſe: que qdē terrā cum ibi nulluʒ habeat cōtrarium erit eterna: nō. n. a celo: nec a ſeipſa: nec ab aliquo alimēto: cū nullū elementuʒ attingat illam partem corrūpi pōt. Solutio eſt: corrūpet ignis in cōcauo non a cōtrario formali ſed a celo cōtinente: qđ eſt virtualiter cōtrariū igni: nō. n. ſm quālibet ſui partē celum eſt intenſiſſimi caloris conſeruatiuū: nō pōt aūt data pars ignis perſeuerante motu celi euadere: quin aliqñ ſupponatur parti celi calorem intenſiſſimi remittenti: ⁊ cōpletur illius partis ignis deſcēſus pōe ignis leuiore locum vbi illa p̄fuit ſubintrāte. Item pars terre centralis poſt longiſſima tēpora vſqʒ in ſupficiē terre adducetur: terremotibus: multiſqʒ alijs adiuuātibus.

Sententia Textus Cōmenti. 14. oīs motus ſimplex aut eſt ſm naturā: aut preter naturā. Et motus qui vni mobili violēter cōuenit: alteri ſm naturaʒ cōſentire natus eſt: quod licet intueri in his motibus quibus ſurſuʒ itur atqʒ deorſuʒ: alter enim igni: alter terre nature ⁊ preter naturaʒ eſt: quare cuʒ motus circularis reſpectu elementoꝝ ſit preter naturā: alij cuippiaʒ cōpetere ſm naturā neceſſe eſt: ergo preter quattuor elemēta ponenduʒ eſt corpus ſimplex quod natura circulariter voluatur.

Auerrois p̄io dic̄ hec ē demōſtratio ſexta aut quinta: q2 ſi ſit vna demōſtratio qua declaratū ſit motuʒ circulareʒ nō eſſe accidētalem elementis: nec naturaleʒ illis: hec eſt quinta: ſi vero alia demonſtratiōe ſit deductuʒ motū circularem nō eſſe accidentaleʒ elementis: alia: motū circularē nō eſſe naturaleʒ elemētis: hec demōſtratio erit ſexta. Prima eſt in Textu Cōmenti. 8. ⁊. 9. Secūda ⁊ Tertia in Textu Cōmenti. 10. Quarta in Textu Cōmenti. 11. Quinta in Textu Cōmenti. 12. Sexta vero talis exiſtit. Motus circularis elemētis cōuenit accidentaliter ergo eſt nālis celo. cum. n. motus circularis nulli elementoruʒ nature cōueniat: ſi quo igitur pacto eis cōueniret: id eſſet preter naturaʒ.

Item ait: ⁊ eſt propoſitio minor prime demonſtrationis ſuper quam ſuſtentatur in hoc loco. Senſus eſt: hec ratio non colligit: motus circularis eſt accidentalis elementis ergo eſt naturalis celo: niſi antecedenti hec propoſitio reddatur: motus circularis eſt ſimplex: que fuit minor demōſtrationis facte Textu Commenti octaui: ⁊ apparet inquit ex eo ꝙ eſt demonſtratio ſm confeſſionem aduerſarij: non quia eſt demonſtratio in ſe: ⁊ non eſt ita: qm̄ nō īduxit ipm niſi tali mō ꝙ ſi fuerit cōfeſſus cōtingeret cōcluſio: qm̄ manifeſtum eſt ꝙ aduerſarius oīs ꝯfitebit. i. rō Text' cōmēti. 141. eſt ad hoieʒ cōcedētē motū circularē ſimplicē preter nām elemētis ꝯſentire: abſolute. n. ꝯſequētia iſta nō valet: motus circularis ē accidētalis elemētis ergo naturalis celo: q2 motus celi ſimplex eſt: elementorū circularis mixtus: nulli enim corpori motus circularis eſt violentus: ⁊ hac de cā dixit Ariſtoteles: ⁊ ſi aliquis dixerit.

Iterum ait: ſi aliquis dixerit ꝙ omnis mot' aut eſt naturalis aut accidentalis: ⁊ confeſſi fuerimus: ſupple tu ꝙ motus circularis ſit violentus igni ⁊ aeri: tunc in quolibet modorū motuū erit motus naturalis ⁊ alius extra naturaʒ. i. reperitur motus rectus ad mediū nālis ⁊ violēt'. Similiter mot' rectus a medio: alius eſt nālis: ali' violentus. Pariter ⁊ mot' circa mediū: alius ē nālis ⁊ alius violētus: ſi motus circularis elementi ſit violentus elemento.

Preterea ait: iſ poſuimus ꝙ oīs vn' motus ſpecie ſi fuerit accidentalis alicui corpori eſt naturalis alij: quāuis magiſter nō poſuerit niſi cōuerſum. Eſt cōſiderandum ꝙ textus queʒ exponit Auerrois ſic iacet: motus aūt naturalis quibuſdam corporibus erit accidentalis alicui alij corpori: at tranſlatio latinorū recta eſt: ⁊ euʒ qui alij preter naturā: alteri ſm naturā. i. oīs mot' violētus vni eſt alteri nālis: eſt aūt iſta ꝓpoſitio vīr vera apud omnes: omnis motus violentus vni eſt naturalis alteri: at non omnis motus nālis vni eſt violentus alteri: verūtamen ſm illos qui tenebant in quolibet modorū motuum inueniri motum naturalem ⁊ motū violentum: iſta propoſitio erat vera: omnis motus naturalis vni eſt violentus alteri: ⁊ hoc eſt quod dicit Auerrois: cū. n. poſitum fuerit ꝙ oīs motus naturalis alicui corpori neceſſarium eſt vt in alio corpe ſit accidētalis. ſ. in eodem modo motuum ideſt loquendo de motu ſimplici: ita ꝙ oīs mot' naturalis cum ſit violētus alteri: cōtinget neceſſario ꝓ locū a digniori ꝙ ſi motus circularis fuerit in aliquo corpe ꝙ ſit naturalis in alios ⁊ ſi nō cōtinget vt ſpēs motuū eēt ſm accidens tantum non naturaliter omnino: quod eſt impoſſibile: naturale enim eſt prius accidentali.

Amplius inqt. Auicēna tenuit hanc propoſitionem. ſ. motus qui eſt naturalis alicui eſt accidētalis alteri: ⁊ noluit ipſam concedere ſm eſſe motus circularis in corporibus motis recte ſm accidens: qñ intelliget ex accidente motus cōtrarius motui naturali: cōtinget vt idem habeat plura contraria vno: vt dicit Ariſtoteles: ideo videmus ꝙ cōfeſſe inducit iſtam demōſtrationē ſciʒ ꝙ ſi conceſſum eſt ab aduerſario ꝙ in corporibus motis recte eſt motus circularis accidentaliter. Senſus ē: Auicēna bene renuebat hāc ꝓpoſitionē. Mot' qui eſt naturalis vni eſt violentus alteri: q2 motus circularis naturalis celo non eſt violētus igni: cū ſibi nō cōueniat: ſi enīʒ motus circularis eſſet accidentalis igni: intelligēdo ꝑ motū accidentalem motum contra naturā: plura vni eſſent cōtraria. Propoſitio autem ſubdit Auerrois dicens ꝙ motus accidentalis quibuſdam corporibus neceſſariū eſt vt ſit nālis alij corpori credet vīr: eſt enim vīr verū ꝙ omnis mot' violentus vni eſt nālis alteri: cum confeſſum fuerit ꝙ ignis

ꝙ ignis in circuitu mouetur ſm accidens:ſimiliter aer:ideſt violente ⁊ contra naturam:⁊ ideo confeſſa propoſitione quam renuit Auicenna continget queſitum.

Vlterius ait:⁊ forte intẽdebat Ariſtoteles p motum accidentalẽ vniuerſalis predicto.i.oppoſitũ eſſentiali:nõ ↄtrium nãli.i.violentum:motus.n.ↄtrius nãli non inuenit niſi in vno quattuor corporũ ſimpliciũ:oppoſitus eſſentiali inuenitur.in pluribus vno.i.vnus motus violẽtus in vno tm̃ reperit corpore:cui attribuit motus cõtrarius violento:vnus motus preter nãm pluribꝰ cõceditur corporibus:ignis enim ⁊ aer in circuitu mouentur:cũ fuerit poſitum hoc accidens: ſequitur vt priꝰ viſum eſt motũ circularẽ eſſe nãlem celo. Propoſitio autẽ dicens ꝙ motus accidentalis vni ẽ naturalis alteri:eſt vera:hoc fundamẽto nãle in aliqua ſpecie eſt prius accidẽte:⁊ non põt poſterius eẽ ſine priori:⁊ aliquod eſſe accidentalr ⁊ nunꝙ eſſentialr i.hec cõſequẽtia: motus circularis eſt accidentalis i.violẽtus igni:ergo eſt naturalis alteri corpori:optima eſt: hoc fundamẽto: quia oĩs motus violentus vni eſt nãlis alteri:ſꝫ iſta:motus circularis eſt accidentalis.i.nõ eſſentialis ⁊ preter nãm igni ergo eſt nãlis alteri corpori:re vera nõ colligit:qm̃ motꝰ circularis ignis non eſſentialis igni nulli corpori ẽ naturalis:tñ talis cõſequẽtia poterat ↄduci hoc pacto nõ põt poſteriuſ eſſe ſine priori:⁊ aliqđ eſſe accidentaliter:⁊ nunꝙ eſſentialr:ſꝫ hec pbatio nõ cõuincit: lꝫ.n.nõ poſſit aliqđ eſſe accidẽtalr.i.violenter.⁊ nũquaꝫ eſſentialr.i.nãlr:põt tamen aliqđ eſſe accidentaliter.i.pter nãm:⁊ nunꝙ eſſentialiter. i.naturaliter:non enim omnis motus preternaturalis vni eſt alteri naturalis.

Poſtremo in fine cõmẽti ait:ſꝫ tñ non videmus ꝙ circulare.i.motꝰ circularis ſimplex ſit in aliquo accidentaliter: motus enim circularis ſimplex ita naturaliter conuenit celo:ꝙ nulli alteri conſenit:neqꝫ accidentaliter.i.violenter:neqꝫ accidẽtaliter.i.preter naturam:motꝰ nãqꝫ elementorum circularis non eſt ſimplex:ſꝫ mixtus:quapropter nõ eſt verum ꝙ omnis motus naturalis vni ſit accidentalis alij corpori: ⁊ conuerſuꝫ eſt verum:ſcilicet omnis motus accidentalis vni ẽ naturalis alteri:niſi intelligatur ex accidente oppoſito eſſentiali.i.iſta propoſitio eſt vera:omnis motꝰ accidentalis ideſt contrarius alteri motui ⁊ violentus vni corpori eſt naturalis alteri:ſed iſta eſt falſa: omnis motus accidentalis ideſt non eſſentialis vni eſt naturalis alteri:quia motus elementorum circularis eſt elementis non eſſentialis ⁊ nulli corpori ẽ naturalis. Quare vltimata reſolutiõe loquendo dico ꝙ iſta cõſequentia valet:motus circularis eſt accidentalis elementis ⁊ eſt ſimplex:ergo naturalis celo:ſꝫ iſta nõ concludit: motus circularis eſt accidentalis elemẽtis ergo naturalis celo:niſi ſm illos qui putabant motum circularem elementorum eſſe ſimplicem. Et obſeruende ſunt iſte propoſitiones totam rem declarantes. Prima eſt: omnis motus violentus vni eſt naturalis alteri. Secunda:nõ omnis motus naturalis vni eſt violentus alteri. Tertia:non omnis motus preternaturalis vni eſt nãliſ alteri. Quarta:omnis motus ſimplex aut naturalis aut violentus. Quinta:omnis motus preternãlis eſt mixtus.

Digreſſio.

Cum fateatur Auerrois pſenti lectiõe motum circularẽ ſimplicẽ nõ poſſe eſſe accidentalem alicui corpori: quia motus ſimplex accidentalis vni eſt eidem violentus:cauſa.n.quare motꝰ circularis ignis nõ eſt naturalis nec violentꝰ: eſt qꝛ nõ eſt ſimplex:ſupra Cõmento.10. ergo ſi eẽt ſimplex:foret nãlis vel violentꝰ:colligit ex his euidentiſſime ſaturnũ vno tantuꝫ motu moueri poſſe: ad mentem Auerrois:⁊ formet ratio hoc modo. Motus ſaturni ab oriente in occidentẽ ſi eſt ab intelligentia ppria: habetur intentũ:ſi nõ:vel erit preter nãlis ſaturno: vel naturalis a natura vniuerſali:ſi dicat ꝙ eſt pter nãlis:cum ſit ſimplex:ergo erit violentus:qꝛ omnis motus ſimplex preter nãlis alicui corpori eſt violentus illi:⁊ ratio eſt:qꝛ motus ſimplex exiſtens in aliquo corpore nõ a natura propria illius conuenit neceſſario alicui corpori a natura propria illius: neqꝫ valet reſponſio dicentis hanc cõſequentiaꝫ: motus circularis ſimplex eſt accidẽtalis elemẽtis: ergo violentus:valere in elementis:nõ tamen reſpectu planetaruꝫ:qꝛ Auerrois dixit in fine Cõmenti.14.oĩs motus accidentalis vni eſt nãlis alteri:ſi non intelligatur ex accidente oppoſito eſſentiali: ergo iſta propoſitio eſt vlr vera: oĩs motus accidentalis ſimplex vni corpori eſt violentꝰ eidẽ ⁊ naturalis alteri. Cõfirmatur hec cõſequẽtia:motus ab oriente in occidentem eſt pternãlis ſaturno ergo eſt naturalis primo mobili:non tenet niſi hoc medio:qꝛ ille motꝰ eſt ſimplex ⁊ violentus ſaturno:ſi.n.eſſet nõ violentus ⁊ nõ ſimplex cõſequentia nõ teneret:vt patet inſtãtia de motu elementoꝝ circulari. Si dicat ꝙ eſt naturalis a natura vniuerſali:infero illum motũ nõ eſſe ſm inclinationẽ mobilis:⁊ per cõſequẽs nõ eẽ eternum:⁊ huius rõnis fundamentũ eſt: ſi aqua pro euitando vacuo aſcendat: ille motꝰ eſt a natura vniuerſali violentus aque nõ potens eẽ eternus.3.celi.26.dicebat Auerrois:nõ eſt motus ignis circularis naturalis:quia nõ eſt a natura propria ignis:ergo ſi ad vnum motũ nõ cõcurrat effectiua forma propria virtutis corporis: ille motus nõ eſt nãlis illi: ergo diſtinctio de motu naturali a natura propria ⁊ a natura vniuerſali nõ ſatiſfacit peripateticis. Sunt qui dicunt ſaturnũ naturaliter moueri ab oriente in occidentem motu totius celi diurno:⁊ motu proprio ab occidente in orientem:⁊ aſſerũt Deũ imediate mouere totũ aggregatũ ex oĩbus orbibus motu vno numero ſimpliciſſimo. Cõtra: ergo prima intelligentia erit vnita ſm eẽ reale orbibꝰ planetarũ: ꝗ totũ illđ aggregatũ erit vere vnũ ⁊ vere aĩal a tali aĩa ⁊ cum illud cui approprietur prima intelligẽtia ſit primum mobile: ergo totum aggregatum ex celis erit primũ mobile: ergo totũ illud cõgregatuꝫ erit vnuꝫ cõtinuũ: capiẽdo cõtinuum pro eo cuius motus eſt vnus numero:ſed qꝛ nõnulli his noſtris rationibus ſuperati aſſeruerũt talia nõ eſſe incõuenientia. Cõtra: ſi tale aggregatũ eſſet cõtinuũ iſto modo: nulla vnquaꝫ in celis naſceret diuerſitas: quia equali tẽpore preciſe complerent oĩa corpora celeſtia reuolutionem ab oriente in occidẽtem:ſicut in rota omnes partes qualiter preciſe circuiũt: licet nõ eque velociter moueantur: vnde valet hec cõſequẽtia: hoc totum aggregatũ reſpectu prime itelligẽtie eſt cõtinuũ modo dicto ergo orbes planetarũ ſunt partes inte

grales huius cōtinui: ⁊ cum celū nō moueatur niſi motu ſimplici nō habebūt orbes planetarū motus proprios ſaluata cōtinuitate. Item eſſent planete in loco ratione totius aggregati: quia mouentur motu totius aggregati: ⁊ eſſet aggregatum in loco ratione planetarū: quia planete mouentur motibus quibus non mouetur totum aggregatum. ¶ Item prima intelligentia aſſiſtens ꝑ aduerſariū toti aggregato mouens illud motu vno numero intendit vt oēs eius partes equaliter circuāt: quemadmodū ⁊ intelligentia ſaturni mouēs ſcdm mobile id intēdit: ⁊ illō facit: ſed prima itelligētia nūquā facit vt oēs orbes equaliter circuant motu diurno: ergo intendit quod nō facit ergo otioſa eſt ⁊ vilis. ¶ Iterum vnaqueqꝫ intelligentia eſt forma ſpecifica vltimata ergo dat eē vltimatū ergo ſaturnus compoſitus ex intelligētia propria ⁊ orbe proprio habet eſſe vltimatū a ꝓpria intelligentia: ergo nullius pōt eſſe pars integralis ergo cum corpora celeſtia ſint animalia proprijs diſtincta intelligentijs nō poterūt cōſtituere vnū aīal aggregatum ⁊ cōtinuū ex omnibus illis. Quare cū tale aggregatū ſit in loco per partes ⁊ nō ꝑ centrū nō poterit moueri vno motu numero: verum hāc difficultatē diffuſe tractaui. 8. phyſicoꝝ. 52. ⁊ ī his infra quoqꝫ ad propoſitū magis loquemur.

Sententia Text⁹ Cōment. 15. ⁊. 16. Motus circularis eſt vnus: ꝯtinu⁹ ⁊ perpetuus ergo ꝯuenit alicui corpori ſm naturā: nō elementis ergo celo: ergo preter quattuor elemēta ponēdum eſt aliud corpus ſimplex circulariter ſꝫ naturā motū: tanto quidē elemētis nobilius: quāto illis ſupereminentius: ſublimiuſqꝫ conſpicit.

Auerrois dicit primo: impoſſibile ē vt iſte motus ſit accidentalis corpori rotundo: declaratum eſt enim ꝙ iſte motus eſt cōtinu⁹ ⁊ perpetuus ⁊ impoſſibile eſt motum continuum ⁊ perpetuū eſſe accidentalem: ratio eſt. Si quidpiā motu accidentali moueatur: potentia moti addit ſupra potentiam motoris: ergo nihil erit quod tali motu eterno tēpore moueri poterit: ergo ſi mot⁹ circularis ſit perpetuus: quod mouebitur illo motu ſic ſe habebit ꝙ potentia moti non addet ſupra potentiam motoris: ergo talis motus erit nālis ⁊ ex parte mouentis ⁊ ex parte moti.

Item ait: celum non videtur corruptibile neqꝫ conſumptibile per ſenſum: hoc autē eſt de propoſitionibus de quibus dicit Albumaſar qō non inducunt ad prime certitudinis ordinem ſed tamen nullus ſenſus contradicit: neqꝫ ratio: ideſt probatio hec nō eſt efficax: licet concludat veritatem: ⁊ talis ratio poteſt dici ſufficiētia: cū ſit cōfirmata per ſenſū: infra. 22. ratio. n. demōſtratiua cui atteſtatur ſenſus noīatur ſufficientia.

Iterum inquit: ſi celum eſſet ignis: mot⁹ circularis eſſet igni accidentalis: ideſt violentus: que tenet ſtante predicta propoſitione ꝙ motus circularis ſit ſimplex: ⁊ omnis mot⁹ ſimplex ſit aut naturalis aut violentus: ⁊ cum motus ignis naturalis ſit aſcendere ſuperius: ⁊ in eodem corpore nō ſint duo motus naturales: cum non habeant niſi vnam eandem naturam: a qua quidem non pōt ⁊ ſic ꝯuenire niſi vnus mot⁹: motus circularis erit violentus celo ⁊ igni ſi celum ſit ignis.

Cōmento. 16. ait ē pri⁹ eis nālr ⁊ terminata ſm lōgitudinē, i. qꝛ nā eius ē

gloſioſior eis ſm remotionē in loco: quia remotio duarum nārum abinuicē in ſubſtātia eſt ſicut remotio earum in loco: quapropter videmus ꝙ vili⁹ corꝫ eſt terra: ⁊ nobilius eſt ignis ⁊ non tm̄ elementa ſuccedunt ſibi in hoc: ſed etiā in corꝑibus celeſtibus: ⁊ Ariſtoteles dixit ꝙ nā lune eſt ſimilis nāe terre ideſt illa in celo infima eſt. Terra eſt fex elementorū. Contra: terra eſt nobiliſſime locata in medio firmamēti: ergo nobiliſſimum eſt elementum: locus nāqꝫ medi⁹ ſemper debet nobiliori. Solutio eſt: agnoſcit perfectio ⁊ imperfectio elemētorum ſm approximatiōes ⁊ diſtantiam a celo: ⁊ quia terra eſt centrum ⁊ maxime elōgata a celo: pro tanto fex eſt elementorū: corpora vero celeſtia ordinant ſm magnitudinem ⁊ velocitatem motuū eorū: pro tanto quia luna parua ē: ⁊ in motu ſuo tarda fex eſt planetarū: ⁊ dicebat Ariſtoteles primo metheorum: que quidem igit aſtrorum velox quidem: longe autem: que autem lune deorſum quidē: tarda autē: ⁊ propterea dic̄ Auerrois. 2. celi. 58. propinquitas in loco illis eſt ſimilis ꝓpinquitati eſſentiarū adinuicem que eſt propinquitas in ſcientia ⁊ in intellectu rationali: quanto enim magis intellectus primi moti eſt fortior tanto magis deſideriū erit perfectius: ⁊ motus velocior: ergo intelligentia ſuperior eſt maioris intellectus: ergo maioris deſiderij: ergo maioris virtutis motiue ergo motus proprius productus ab intelligētia ſuperiori eſt velocior: ergo motus productus ab ītelligentia lune erit tardiſſimus motus circularis ſimplex: ergo penes ordinē velocitatis motuū celeſtiū dignoſcēda eſt orbiū celeſtiū preſtantia. Et ſol licet ſit intēſiſſime lucidior ea tm̄ lux ſuꝑiorū planetarū lōge perfectior eſt: velut concedi ſolet viſū aquile viſu humano acutiorē ⁊ intēſiorem: minime perfectiorē. Uel dato ꝙ lux ſolis ſit intēſior ⁊ ꝑfectior luce ſaturni iouis ⁊ martis: ſunt tamen alie ꝓprietates luce ſublimiores excellentiam trium ſuperiorum planetarum declarantes.

Digreſſio.

Preſenti ſumma cū ſint approbate propoſitiones iſte. De quocūqꝫ eſt verū dicere ꝙ eſt corpus nāle verū eſt ⁊ affirmare eē mobile ſm locū per ſe. Inueniūt motus ſimplex ⁊ rect⁹ ⁊ circularis. Motus mixtoꝝ facti ſm cōtemperamētum elementi dominātis reducunt ad motus ſimplices. Unius corporis ſimplicis eſt vn⁹ mot⁹ ſimplex. Motus circularis eſt ꝑfectior: motu recto. Celum ⁊ elementa ſunt alterius ⁊ alterius rōis: operepretiū eſt anteqꝫ ad quintā ſummā deſcendamus cōtra ipſas nōnullas inducere difficultates ad excitandum ingenia veſtra: In primis hec propoſitio videt falſa: omne corpus naturale eſt per ſe mobile. Tū quia firmamentum eſt in loco per accidens: qꝛ per centrum: ergo mouetur per accidens. Tū quia partes celi acquirunt diuerſos ſitus: minime diuerſa loca: ergo motus celi eſt ſitualis: non localis: ergo non vnūquodqꝫ naturale corpus eſt mobile localiter ꝑ ſe. Tum quia celum eſſet in potentia ad quietem: quia ad terminum motus qui eſt quies: eſt enim motus actus entis in potentia ſꝫ ꝙ in potentia. 3. phyſicorum. 6. ¶ Solutio eſt: ſunt omnia corpora naturalia per ſe mobilia localiter: forme cauſate mobiles per accidens re. vera: intelligentie. dependentes mobiles per accidens rudiuſcule: quatenus videlꝫ

orbes

orbes planetaruꝫ a prima mediate reuoluūtur: prima intelligentia penitus exiſtit immobilis. Et propterea dicendū eſt firmamentū quieſcere ſm totum ꝓpter eandem diſtantiam ⁊ propinquitatem quam habet ad centrum ſempiterno tempore: ex modo autem quieſcendi rei in loco accipitur modus eſſendi rei in loco: locus nāq; magis conceditur corporibus naturalibus propter quietem naturalem q̄ ꝓpter motum: firmamentum ergo erit in loco ꝑ centrum: cum ratione eius ſit fixa: imobilis ⁊ quieſcēs: ⁊ ita per accidens erit in loco: quia ratione terre: q̄ per ſe eſt in loco: ⁊ tale poteſt moueri ſm totum ſm formam: non ſm ſubiectum: eſt enim ſubiectuꝫ ſemper id quod eſt ſpera: ⁊ hoc non exit a loco: forma autem eius erit diſpoſitio quaꝫ habet circa cōuexuꝫ centri: ⁊ hec forma continue variatur de vno cōuexo rotunditatis ad aliud: ⁊ vnde que indigent motu propter perfectionem acquirendam ſunt in loco per ſe: que egent motu propter perfectionē conſeruādā ⁊ ſi moueantur per ſe: ſunt tamē in loco per accidēs non colligit ergo ſequela hec: firmamentum eſt ī loco per accidens ergo mouetur per accidēs. ¶ Rurſus: partes celi mutant locum ⁊ ſm formam ⁊ ſm materiam: celum autem mutat locum ſm formam non ſm materiam. 8. phyſicorum. 76. Contra: celū quieſcit ſm materiaꝫ ⁊ ſubiectum: ergo poteſt moueri ſm materiam ⁊ ſubiectum: cum priuatiue oppoſita habeant fieri circa idem. Solutio: negatur conſequentia: ⁊ dico ſufficere aliquid eiuſdem rationis cū celo moueri ſm materiam: partes enim quantitatiue celi eiuſdem rationis cum celo mouentur ſꝫ materiam: mutando ſitum. Celum ergo manet continue in eodem loco ſꝫ materiam: ⁊ eſt in diuerſis locis ſm formaꝫ: ⁊ totū celū mouetur: ⁊ totū quieſcit: mouet̄ aūt ꝑ ſe: q̄eſcit ꝑ accidēs: ptes celi ⁊ ſm mām mouent̄ ⁊ ſm formā: totū celū mouet̄ ſm formā tātum: minime ſm materiaꝫ: hinc eſt q̄ iſte due propoſitiones conceduntur. Prima eſt: celum ſm ſe totū mouetur per ſe. Secunda: celū ſꝫ ſe totum quieſcit per accidens: quia ſm ſubiectuꝫ ⁊ materiam. ¶ Amplius: motus eternus terminum habet in potentia ⁊ non in actu: ⁊ ad illam mobile eſt in potentia: ꝓprie tamen loquendo: neq; celum eſt in potentia ad motum neqꝫ ad terminum motus. ¶ Contra. 5. phyſicorum. 11. quod innatum eſt moueri innatum eſt quieſcere: ergo cum celum moueatur: innatū eſt quieſcere. ¶ Solutio: celum quod mouetur motu eterno natū eſt quieſcere ſꝫ rōnē eius generalē: ut ſi aliquod moueatur motu finito: illud vt tale eius eſt natum quieſcere.

Item fuit iſta propoſitio conceſſa: motus circularis eſt perfectior motu recto: quia linea circularis eſt perfectior linea recta: cum ſit linea recta finita imperfecta: ſimiliter ⁊ infinita: linea aūt circularis perfectiſſima exiſtit. ¶ Contra: linea recta habet principium: medium ⁊ finem: ſimiliter ⁊ motus rectus: linea circularis ⁊ motus circularis illa non habent actu: ergo. Item dyameter celi non pōt additionē ſuſcipere: ergo eſt linea perfecta. Rurſus: homi additio fieri poteſt: eſt tñ ens perfectū: ergo ⁊ linea recta perfecta poterit eſſe: nō obſtāte q̄ ei poſſit fieri additio. Iterū motui circulari ſit additamentum: vt circulatio circulationi: ergo. Amplius: linea circularis ē ipſecta magnitudo: q2 nō ē corpꝰ: ſola aūt magnitudinum perfecta eſt corpus. Item motus circularis non habet finem ergo eſt otioſus ergo vilis: motu recto acquirit̄ finis motꝰ ergo motus rectus eſt pſectus. Poſtremo: probatio Ariſtotelis apparet circularis: q2 ex pſectione linee circularis cōuincit excellentiā motus circularis: ex cuius pſectione cōcludit corpus circulare eſſe perfectuꝫ. ¶ Solutio eſt: motus circularis perfectior eſt motu recto: cuꝫ fiat ſm perfectius ſpatiū: circulus enīꝫ eſt perfectior linea recta: hoc fundamēto: nam circulus vbiq; vnus eſt ⁊ cōtinuus: cui neq; addi quicq̄ pōt neq; ſubſtrahi: manēte ratiōe circuli: recta linea nō vbiq; vna eſt ⁊ cōtinua: cuꝫ extremitates habeat nō adinuiceꝫ cōtinuas: ⁊ ei pōt addi q̄cq̄ aut ſubſtrahi manēte eadeꝫ linee rōne: motus ergo circularis corpori conſentit tanto elementis preſtabiliori quāto plus ab illis corporibus diſtat. Et propterea dicendum eſt primo: linea recta perfecta eſt in genere: nō ſimpliciter: illi pōt fieri additio: huic nō. ¶ Motus rectus non eſt ita perfectus ſicut circularis: q2 illa nō pōt eſſe eternꝰ circularis perpetuꝰ exiſtit: ſtante eternitate mūdi: ⁊ nobilius motuū localiuꝫ attendit̄ penes ſubiectū ⁊ fineꝫ: nō penes habere terminos actu ⁊ potentia. ¶ Dico ſecūdo: dyametro mūdi vt eſt in tali materia nō pōt quicquā addi: cui vt eſt linea recta pōt fieri additio: at circulus ex ꝓpria rōne circuli hꝫ q̄ non ſit additionis ſuſceptiuꝰ. ¶ Dico tertio: homo dicit̄ pſectus ſm ſpeciē: quatenꝰ nō pōt addi quicq̄ homini qd̄ ptineat ad rōneꝫ hois: linee recte vt recta eſt adiungi pōt aliq̄d qd̄ ſpectat ad rationeꝫ linee recte. ¶ Dico quarto: vna reuolutio celeſtis cōplementū hꝫ ſue ſpeciei cuꝫ redierit ad principiuꝫ a quo incepit: ⁊ ita nō ſit additio ad eandeꝫ circulationem: ſed qd̄ ſequit̄ ad aliam pertinet circulatōeꝫ: ꝓprie nāq; illi ſit additio quod permanet. ¶ Dico quinto: linea circularis eſt quidē linea perfecta: magnitudo aūt imperfecta: veluti inductio eſt argumētatio imperfecta ⁊ inductio perfecta. ¶ Dico ſexto: motus eternus ordinatus eſt ad ſaluteꝫ rerum naturalium: a quo motu celi tanta pendet ſubceleſtiū mutatio: ſunt enīꝫ hec inferiora inſtrumēta celi. 2. de generatione. 55. vnde nō pōt natus viuere oībus planetis exiſtentibus in prima aut ſecūda domo: q̄bus ordo menſiuꝫ datur: quibus mēſibus moratur fetus in vtero: ⁊ ſentiūt medici q̄ natura totius regitiua ſequatur motuꝫ lune in diebus creticis: Venti: Pluuie: Secte: Mores: Fluxus ⁊ refluxus maris celuꝫ ſequūtur: vultꝰ enīꝫ huius ſeculi ſubiecti ſunt vultibus celeſtibus: auctore Ptolomeo centiloquij verbo nono: ⁊ primo metheoꝝ: mūdus inferior ſupioribus lanonibꝰ cōtinuꝰ eſt: vt oīs virtus inde gubernetur. ¶ Dico vltimo: ratio Ariſtotelis nō eſt circularis: quia declaratur perfectio motus circularis ex perfectione linee circularis abſolute: ex perfectione aūt motus circularis in cōmuni probat̄ hoc corpus qd̄ circulariter mouet̄: eſſe pſectū: ⁊ ita nō procedit ab eodem ad idem: ſed ex cōmuni ad propriuꝫ: hec ſanctus Thomas.

Amplius iſta propoſitio. Celum ⁊ corpora ſublunaria ſunt alterius ⁊ alterꝰ rationis vera eſt: hoc fundamento: quia materia celi nō eſt tranſmutabilis de vna forma in aliaꝫ formā: cum talis materia ſupra nullam formaꝫ inueniatur habere cauſalitatē: quapꝑ in celo talis ordo reperit̄: intelligentia: materia: quantitas celi: materia autem corporuꝫ ſubceleſtiuꝫ tranſmutabilis eſt de vna for-

ma ſubſtantialis in aliam: cum talis materia ſemper inueniatur ſtare ſub forma ſupra quā habet cauſalitatē: ordo.n. in ſubceleſtib⁹ corporib⁹ tal' exiſtit: materia: dimenſio interminata: forma ſpecifica: dimenſio terminata: ergo materia celi alterius eſt rationis a materia corporū ſublunariū ergo ⁊ celum ⁊ corpora ſubceleſtia. Hec igitur ſunt que circa quartā ſummam vobis explicanda propoſueraʒ: qua patefactū eſt principali intentione: ponenduʒ eſſe aliqḋ corp⁹ ſimplex preter quattuor elementa cui motus circularis natura cōceditur.

¶ Summa Quinta Primi de celo.

Anifeſtum ergo.

Preſenti ſumma que eſt a Textu Cōmenti.11. vſqʒ ad.20. demonſtratur hec cōcluſio. Corpus ſimplex qḋ circūagi: circūqʒ ferri debet euʒ eſt: neqʒ graue: neqʒ leue ēcuʒ neqʒ a medio neqʒ ad mediū feratur. ¶ Sententia aūt Textus Cōmenti.17. ſtat in hoc. Graue eſt qḋ corpus qḋ natuʒ eſt ferri ad medium. Leue a medio. Grauiſſimum quod omnibus corporibus ſubſtat deorſum latis. Leuiſſimuʒ collocatur ſup omnia corpora que ſurſum pergunt. Preterea quicquid ſurſum aut deorſum fertur: aut leuitatem habeat aut grauitatem aut vtrunqʒ: at non ad idē: neceſſe eſt: ad alia nāqʒ grauia: ⁊ leuia ſunt: vt aer ad aquaʒ: ⁊ aqua ad terram.

Auerrois primo dicit. Corpora diuidūtur in tres naturas: grauem: leuem: neqʒ grauem neqʒ leuem: vt eſt in ſubſtantijs que non ſunt innatē dici eſſe in altero contrariorum: verbi gratia lapis neqʒ loquens dicitur: neqʒ mutus: ⁊ puer neqʒ ſapiens neqʒ inſipiens. Senſus eſt: ſubſtantie que non ſunt nate eſſe ſub altero contrarioꝝ: ſic ſe habent ꝙ nunquaʒ informant illis contrarijs: nec ſimul: nec ſucceſſiue: ⁊ ita celum nō eſt capax grauitatis ⁊ leuitatis. Sicut ⁊ puer nec ſapiens nec inſipiens exiſtit: non enim habet propoſitum: neqʒ cognitionem ſcilicet intellectiuam. 2. phyſicoruʒ. 59. ab infantibus eniʒ aufertur operatio intellectus ꝓpter indiſpoſitionem ſenſuū interioruʒ non exteriorum quos habent perfectiſſimos: ⁊ non ſum cū illis qui putant ad mentem Auerrois animā intellectiuā non eſſe in homine niſi in etate diſcretionis: ⁊ hec ē cauſa ꝙ dicitur. 5. methaphyſice. 27. humo non ciuilis neqʒ bonus neqʒ malus eſt: neqʒ iuſtus neqʒ iniuſtus: ſunt enim priuatiue oppoſita que habēt fieri circa idem ſubiectuʒ ordine irregreſſibili ⁊ temporē determinato a natura: vnde non dicunt edentuli ꝙ nō habent dentes: aut ceci qui carent viſu: ſed quādo cōtingit habere ⁊ nō habent. i. qū ſunt idonei ad hādum ⁊ nō habent.

Item ait: concluditur in ſecunda figura ꝙ corpus circulare neqʒ eſt graue: neqʒ leue. Syllogiſmus eſt in quarto ſecūde talis. Quicquid habet grauitatē aut leuitatē mouet ſurſuʒ aut deorſum. Celum nō mouet ſurſuʒ nec deorſuʒ: ergo nō eſt graue neqʒ leue: cum.n. mā ſtans ſub forma ſubſtantiali grauis ꝑfectibilis ſit forma leuis ⁊ conſtet mām celi nō eſſe trāſmutabilē de vna forma in aliā: nō erit celum graue: neqʒ leue.

Iterum inquit: aqua grauis eſt in reſpectu aeris: ⁊ leuis in reſpectu terre: ideo exiſtens in centro mouetur ad concauitatē aeris: ⁊ ē grauis magis ꝙ̄ leuis: ⁊ aer magis leuis ꝙ̄ grauis. Senſus eſt: elementa media in ꝓprijs ſpheris grauia exiſtunt ⁊ leuia: quorum grauitas ⁊ leuitas ſimpliciſſime ſunt: quēadmodum ⁊ qualitates alteratiue. Et ſepe dicitur aer magis grauis ꝙ̄ leuis: quatenus magis promouet ad motum deorſum ꝙ̄ ad motum ſurſum: hic dicitur magis leuis ꝙ̄ grauis: quia deſcendit in vno elemento ⁊ aſcendit in duobus: aqua magis grauis ꝙ̄ leuis: cum acendat in vno ⁊ deſcendat in duobus elementis. ¶ Eſt attentione dignuʒ: elementa omnia habent loca determinata ⁊ ſuperius ⁊ inferius vltra que nō mouent naturaliter: vnde ānihilato per poſſibile celo ignis nō tranſiret locū in quo nūc eſt: ⁊ poſita terra perforata ſm dyametrum tranſeuntem per centrum terre: lapis deſcendēs non deſcenderet niſi vſqʒ ad centruʒ naturaliter. Quia tamen aqua facilius ſuſcipit ſpetū deorſum ꝙ̄ ſurſum: expeditiuſqʒ deſcenderet ad locum terre remota terra ꝙ̄ ad locum aeris ſublato aere: dicitur. 4. celi. 39. aquam deſcēdere ad locum terre ſublata terra ex īclinatiōe grauitatis ⁊ non ex neceſſitate vacui.

Amplius ait: intelligēdū eſt ex deſcriptiōe grauis ⁊ leuis nām que innata eſt ad mouendum ad medium vel a medio: ſcilʒ habitum ⁊ formaʒ ex qua procedit hec operatio: ⁊ ſi hoc nomen grauitas ⁊ leuitas non dicant vulgariter niſi de accidente. Senſus eſt: per formam intelligit ipſam eſſe ſubſtantiam: per habitum naturalem inclinationem que eſt qualitas de ſecūda ſpecie: ⁊ potuit idem nomen qualitati de ſecūda ſpecie ⁊ ſubſtantie ſatiſfacere propter ſcilicet maximam eorum conuenientiam: hinc eſt ꝙ. 7. phyſicorum. 20. dicitur qualitates de ſecūda ſpecie non acquiri per alterationē: quia forme ſubſtantiales non acquiruntur per alterationē: ⁊ propterea dicebat Auerrois. 4. celi. 2. hec nomina graue ⁊ leue non demonſtrare apud Ariſtotelem niſi habitum ⁊ formam: ſed grauitas ⁊ leuitas ſi ſint forme ſubſtantiales grauium ⁊ leuium erunt principia motuum localium principalia non inſtrumentalia: ſi ſint qualitates: principiabunt mot⁹ inſtrumentaliter non principaliter: actiones autē modo inſtrumento: ſepe cauſe principali mandari ſolent: mihi placet eas aggregato ex cauſa principali ⁊ inſtrumēto demandare: verum preſenti lectione hypotetice ⁊ conditionaliter locutus ſum feſtinās ad alia. 4. celi oſtendam grauitatē ⁊ leuitatē formas eſſe grauiū ⁊ leuiū ſubſtātiales.

Rurſus inquit: hec deſcriptio eſt accepta ex quiete in loco proprio: prima autem ex motu: ⁊ eſt grauiſſimum id quod grauitate precedit oia grauia: qb⁹ ſubſtat. Leuiſſimū qḋ leuitate antecedit leuia oia: qb⁹ ſuperfert: ⁊ notāter dr̄ leuiſſimū ſuperferri ⁊ nō ſupeminere: qꝛ celū ſupeminet: nō aūt ſuperfert: ⁊ ē ad doctrinā facili⁹ diffinire p motū ꝙ̄ p quietē: forme.n. nō cōprehēdunt ſm ſenſum ſed ſʒ ſuā actionē. 12. methaphyſice. 14.

Poſtremo ait: manifeſtū eſt: quoniā hec deſcriptio conuertit ſuper ſe ſicut ſnatū eſt deſcriptōib⁹. 1. vſus deffinitionū ⁊ deſcriptionuʒ conditio eſt: ꝙ de quocūqʒ affirmat deſcriptū affirmatur ⁊ deſcriptio: ⁊ ecōtra: ſi.n. graue eſt illud

eſt illud quod ad inferius ſm naturã deſcẽdit: omne deſcẽdẽs ad inferius nãliter erit graue: & ſi ſimplex: ſimplex: ſi l reſpectiui reſpcũ. ¶ Dicit. o. Thomas Ariſtotelem deſcripſiſſe graue & leue per habitudinẽ ad mediũ vt ſine calũnia procederet ad propoſitum oſtendẽdum: dicebat. n. Plato in mũdo ſm ſe nõ eẽ ſurſum & deorſũ ꝓpter eius rotũditatẽ: cui non eſt cõſentiendũ: cũ inueniat ſuperius in mũdo & viuẽtib⁹ mortalib⁹: ſimiliter & inferius. Unde ſupius in mũdo eſt cõcauũ celi: inferius eſt cẽtrũ: ſupius in plantis & aialibus eſt illa ps qua attrahit nutrimẽtũ: alia ps eſt inferius. 2. de aia. 39.

Sententia Textus Cõmenti. 18. & 19. Celum non mouetur a medio: nec ad medium: nec ſm naturam: quia mouetur celum ſm naturam circulariter nec preter naturam: ne celo motus rectus natura conueniat. Item: totius & partis idem eſt iudicium: nulla pars celi fertur a medio nec ad medium: ergo celum non eſt graue neqꝫ leue:

Cõmentum. 18. totum in hoc cõſiſtit. Celum non accidit ad centrum naturaliter. Tum quia vnius corporis ſimplicis eſt tantũ vnus motus naturalis. Tum quia eſſet aqua aut terra: Nec violenter: quia tunc receſſus ineſſet ſibi ſm naturam: duorũ enim motuũ ꝯtrariorũ ſi alter eſt cuipiã preter nãm: alter eidem cõpetit ſm nãm. Tum quia eſſet ignis aut aer: neqꝫ acceſſus & receſſus põt ineſſe celo nãliter & preter naturã: quia tunc celo cõtrariaret corpus cui alter illorũ motuũ naturaliter cõueniret.

Dicit autem primo: ꝓpoſuit minorem propoſitionem hanc ſcilicet: Celum non mouetur ſurſum: nec deorſum: cum maior eſſet iam declarata: hec videlicet. Quicquid habet grauitatem aut leuitatem mouetur ſurſum aut deorſum: & format hanc conſequentiam: corpus rotundum mouetur motu recto natura ergo eſt vnũ elementorũ: quare motus vnius. n. corporis ſimplicis tantũ vnus mot⁹ eſt ſm naturã:

Item ait: quando poſuerimus alterũ duorũ motuum contrariorũ ſimplicium in aliquo corpore naturaliter contingit q̃ alter ſit accidentalis in eo: & ſi non contingeret duos motus eſſe in eodem corpore naturaliter: id eſt motus contrarius motui naturali vnius corporis ẽ accidẽtalis ſeu violentus illi: ſi enĩ motus rectus ſurſum ſit naturalis igni: motus rectus deorſũ erit ſibi accidẽtalis & violentus: & intentio Ariſtotelis ex iſta ꝓpoſitiõe nõ eſt niſi eius conuerſa dicẽs: cũ in aliquo corpore poſuerimus alterum duorũ cõtrariorũ eſſe accidentalem neceſſe eſt vt alter ſit ei naturalis: id eſt motus contrarius motui accidentali vnius corporis eſt naturalis illi: & hec cõuerſio magis occulta eſt q̃ prima: & iſta propoſitio: motus cõtrarius motui accidentali vnius corpus eſt naturalis illi non eſt ita certa ſicut iſta: motus contrarius motui naturali vnius corporis eſt accidentalis illi: & ratio eſt: quia poteſt aliquis dicere: non eſt remotum vt in corpore rotundo ſint duo motus recti inſimul accidentaliter: ſcilicet mot⁹ ad ſuperius & motus ad inferius: & circularis ſit ei naturalis: id eſt conſequẽtia hec nõ vr valere: mot⁹ rectus ſurſum eſt accidentalis celo: ergo mot⁹ rect⁹ deorſũ eſt ei naturalis: quia poteſt quiſpiam fateri ambos illos motus eſſe celo accidentales & ſolũ circularẽ eẽ ei nãlẽ. Uerũtamẽ hec ꝯditõalis colligit: ſi aliqs duorũ motuum rectorũ eẽt in celo accidẽtalis: oporteret vt corpus in quo ẽ nãliter eẽt celo ꝯtrariũ: ſed corpus rotũdũ nõ hꝫ ꝯtrariũ: ergo celũ nõ mouebit ſurſum: neqꝫ deorſum: nec ſm nãm: nec ꝓter naturam: ꝗ nõ erit graue: neqꝫ leue. i. iſte conſequentia valet: celũ mouet motu recto: ergo ꝯtrariat elementis.

¶ Contra: ſequela hec nõ cõcludit: elemẽtũ mouet circulariter: ergo contrariat celo circulariter ſm naturã moto: ergo neqꝫ iſta probat: celũ mouet motu recto: ergo cõtrariat elemẽtis ſm nãm recte moto.

¶ Solutio ẽ: motus circularis elemẽti nõ ẽ ſimplex: ideo nec violentus: celũ aũt ſi moueret motu recto: cũ celi nõ poſſit eſſe niſi motus ſimplex: talis motus rectus eſſet violentus celo: & propterea dico hãc cõſequentiam valere: celũ mouetur motu recto ſimpliciter ergo contrariatur elemẽtis: hoc fundamento: omnis motus ſimplex non naturalis a natura propria alicui corpori eſt violẽtus illi: & corpus cui ineſt motus violentus contrariatur ei cui talis motus adeſt ſm naturam. Similiter fateor hanc conſequentiam: elementum mouetur circulariter ſimpliciter ergo cõtrariatur celo: que tenet: quia ſi elementũ mouetur circulariter ſimpliciter: ergo motus circularis ẽ violentus elemento: ergo elemento contrariatur corp⁹ cui ineſt motus circularis ſm naturam: ergo celũ cõtrariabitur elemento.

Commento. 19. ait primo: natura partis corporis ſimiliũ corporũ eadem ẽ cũ nã totius diffinitione: & cũ ſit eadem diffinitio eſt eadem eſt forma: & cum forma: actione prouenientes ab illa forma. 8. phyſicorum. 15. & 2. de aia. 9. natura totius & partis eſt eadem. Sẽſus eſt: idẽ eſt iudiciũ totius & partis in homogeneis & in his q̃ ſe parti & toti attribuunt: nõ. n. valet: minimũ ignis põt p ſe exiſtere ergo & pars: q2 ſi minimũ p ſe ſtat: hõ nõ eſt inquãtũ ignis: ſed vt ſtat ſub debita quãtitate nec iterũ valet pars ẽ i loco per accidens ergo & totũ ſi igit actiões: ꝓuenientes a graui & leui ſunt iſti duo motus: neceſſe eſt vt ſic ꝓueniant a parte ſicut a toto: eſſe: n. mobile per ſe datur toti & parti integrali quã eſt ſeparata a toto: que pars a toto ſeiuncta hꝫ rationem totius.

Item ait. Stelle cadẽtes nõ ſunt celi: ſtelle. n. celi note ſunt nõ tranſmutabiles: & ſi ſtelle caderẽt a celo diminuerent in iſto longo tempore i. ſi ſtelle caderent diminuerentur in numero: vnde que apparent ſtelle ſunt vapores igniti: primo enĩ metheororum tractat Ariſtoteles de diuerſis ignium figuris in aere apparentibus ex vaporibus calidis & ſiccis generatis eleuatis a terra vſqꝫ ad ſupremã aeris regionem: & tales impreſſiones ignite differunt magnitudine: colore: figura: motu: loco & tempore: & ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime: naturaliter facte: licet multa violente cõcurrant: veluti generatio ſoni eſt naturalis: nõ obſtante q̃ effectiue cauſe ipm violẽter producant.

Iterum ait: & poſt dicetur de cauſa calefactionis ſolis: quia non ſequitur: vt oẽ calefaciens ſit ignis. i. celum non eſt ignis: & ſi ſit calidum: quia ignis eſt calidus formaliter: celum virtualiter tantum: calefacit celũ motu & lumine abſqꝫ hoc q̃ ſit calidũ formaliter: celũ quoqꝫ calidũ ẽ calore largiẽte vitam vegetabilẽ & ſenſibilẽ: & non dico intellectualem: quia intellectus nõ eſt ſubiectus poteſtati

tes coꝝ.3.celi.67.ꝑ erit equalr graue ⁊ leue:⁊ erit illud ſubiectū nālr diſpoſitū:qm̄ nālr alteratꝰ:alterātur.n.nāliter ea que extrinſecꝰ alterant. Cōfirmatꝰ: efficiatꝰ graue vt duo graue vt.6.pꝛiꝰ erit graue vt quattuoꝛ ergo ⁊ leue vt quattuoꝛ: ꝑ equale ad pondus. Oleū vr̄ eſſe equalis ponderis:deſcēdit ī duobus elementis:igne ⁊ aere:aſcendit in terra ⁊ aqua. ¶ Solutio eſt:vel pōt equale reperiri in qualitatibꝰ quo ad gradus nō tū q̄ ad virtutē: cū equalitate.n. qualitatū in virtute nō ſtat mixtio:vel tale coꝛpꝰ erit equale tm̄ p inſtāe ⁊ in potētia:nō in actu ⁊ tpe. Cōtra:applicetꝰ cōſeruās. Itē tale coꝛpꝰ non depēdet a motu ⁊ tpe ergo p tp̄s pōt durare. Dico ꝯſeruās debere eſſe ſimile ⁊ nullum tale poſſe p tp̄s applicari: Itē depēdet qdē tale coꝛpꝰ a motu: qꝛ eſt in trāſitu. Uel dico nō poſſe dari equale ſm oēs ꝯrietates: citius.n.deuenit latitudo vna ad medium q̄ȝ alia: ⁊ natura nō pateretur ꝙ latitudines qualitatum ꝯtrariarum pari filo inducerentꝰ. Inſup oleū lȝ aſcendat in aqua nō tm̄ equaliter tranſitū facit ſicut ſurſuȝ:veluti in aere deoꝛſuȝ. Item oleuȝ nō ſupernatat oibus coꝛpoꝛibꝰ grauioꝛibꝰ aere:vt eſt manifeſtū de vapoꝛibus groſſis in aere deſcēdentibus.

Cum fateatur Auerrois pſenti lectiōe motum circularē ſimplicē nō poſſe eſſe accidentalem alicui corpori: quia motus ſimplex accidentalis vni eſt eidem violentus: cauſa.n. quare mot⁹ circularis ignis nō eſt naturalis nec violent⁹: eſt q: nō eſt ſimplex: ſupra Cōmento.10. ergo ſi eēt ſimplex: foret nālis vel violent⁹: colligit ex hiis euidentiſſime ſaturnū vno tantu3 motu moueri poſſe: ad mentem Auerrois: ⁊ formet ratio hoc modo. Motus ſaturni ab oriente in occidentē ſi eſt ab intelligentia ppria: habetur intentū: ſi nō: vel erit preter nālis ſaturno: vel naturalis a natura vniuerſali: ſi dicat q̄ eſt pter nālis: cum ſit ſimplex: ergo erit violentus: q: omnis motus ſimplex preter nālis alicui corpori eſt violentus illi: ⁊ ratio eſt: q: motus ſimplex exiſtens in aliquo corpore nō a natura propria illius conuenit neceſſario alicui corpori a natura propria illius: neq̄ valet reſponſio dicentis hanc cōſequentia3: motus circularis ſimplex eſt accidētalis elemētis: ergo violentus: valere in elementis: nō tamen reſpectu planetaru3: q: Auerrois dixit in fine Cōmenti.14. oīs motus accidentalis vni eſt nālis alteri: ſi non intelligatur ex accidente oppoſito eſſentiali: ergo iſta propoſitio eſt vlr vera: oīs motus accidentalis ſimplex vni corpori eſt violent⁹ eide3 ⁊ naturalis alteri. Cōfirmatur hec cōſequētia: motus ab oriente in occidentem eſt pternālis ſaturno ergo eſt naturalis primo mobili: non tenet tm̄ hoc medio: q: ille mot⁹ eſt ſimplex ⁊ violentus ſaturno: ſi.n. eſſet nō violentus ⁊ nō ſimplex cōſequentia nō teneret: vt patet inſtā de motu elementoꝝ circulari. Si dicat q̄ eſt naturalis a natura vniuerſali: infero illum motu3 nō eſſe ſm inclinationē mobilis: ⁊ per cōſequēs nō eē eternum: ⁊ huius rōnis fundamentū eſt: ſi aqua pro euitando vacuo aſcendat: ille mot⁹ eſt a natura vniuerſali violentus aque ⁊ nō potens eē eternus: ⁊.3.celi.26. dicebat Auerrois: nō eſt motus ignis circularis naturalis: quia nō eſt a natura propria ignis: ergo ſi ad vnum motū nō cōcurrat effectiue forma propria alicuius corporis: ille motus nō eſt nālis illi: ergo diſtinctio de motu naturali a natura propria ⁊ a natura vniuerſali nō ſatiſfacit peripateticis. Sunt qui dicunt ſaturnū naturaliter moueri ab oriente in occidentem motu totius celi diurno: ⁊ motu proprio ab occidente in orientem: ⁊ aſſerūt Deu3 īmediate mouere totu3 aggregatū ex oibus orbibus motu vno numero ſimpliciſſimo. Cōtra: ergo prima intelligentia erit vnita ſm eē reale orbib⁹ planetarū: ergo totū illd aggregatū erit vere vnū ⁊ vere aial a tali aia ⁊ cum illud cui appropriat prima intelligētia ſit primum mobile: ergo totum aggregatum ex celis erit primū mobile: ergo totū illud cōgregatu3 erit vnu3 cōtinuū: capiēdo cōtinuum pro eo cuius motus eſt vnus numero: ſed q: nōnulli his noſtris rationibus ſuperati aſſeruerūt talia nō eſſe incōueniētia. Cōtra: ſi tale aggregatū eſſet cōtinuū iſto modo: nulla vnq̄3 in celis naſceret diuerſitas: quia equali tēpore preciſe complerent oia corpora celeſtia reuolutionem ab oriente in occidētem: ſicut in rota: omnes partes qualiter preciſe circuiūt: licet nō eque velociter moueantur: vnde valet hec cōſequētia: hoc totum aggregatū reſpectu prime intelligētie eſt cōtinuū modo dicto: ergo orbes planetarū ſunt partes inte

grales huius cõtinui: ⁊ cum celuꝫ nõ moueatur niſi motu ſimplici nõ habebũt orbes planetaruꝫ motus proprios ſaluata cõtinuitate. ¶ Iteꝫ eſſent planete in loco ratione totius aggregati: quia mouentur motu totius aggregati: ⁊ eſſet aggregatum in loco ratio/ne planetaruꝫ: quia planete mouentur motibus qui/bus non mouetur totum aggregatum. ¶ Item pri/ma intelligentia aſſiſtens ꝑ aduerſariũ toti aggrega/to mouens illud motu vno numero intendit vt oẽs eius partes equaliter circuiát: quemadmoduꝫ ⁊ itel/ligentia ſaturni mouẽs ſcd̃m mobile id intẽdit ⁊ illd̃ facit: ſed prima itelligẽtia nũquã facit vt oẽs orbes equaliter circuiãt motu diurno: ergo intendit quod nõ facit ergo otioſa eſt ⁊ vilis. ¶ Iterum vnaqueqꝫ intelligentia eſt forma ſpecifica vltimata ergo dat eẽ vltimatuꝫ ergo ſaturnus compoſitus ex intelligẽtia propria ⁊ orbe proprio habet eſſe vltimatuꝫ a ꝓpria intelligentia: ergo nullius põt eſſe pars integralis ergo cum corpora celeſtia ſint animalia propriys di/ſtincta intelligentiys nõ poterũt cõſtituere vnuꝫ aial aggregatum ⁊ cõtinuũ ex omnibus illis. Quare cũ tale aggregatũ ſit in loco per partes ⁊ nõ ꝑ centruꝫ nõ poterit moueri vno motu numero: verum hãc difficultatẽ diffuſe tractaui .8. phyſicoꝝ .52. ⁊ ĩ his infra quoqꝫ ad propoſitũ magis loquemur.

Sententia Text⁹ Cõmenti .15. ⁊ .16. Mo/tus circularis eſt vnus: ꝯtinu⁹ ⁊ perpetuus ergo ꝯuenit alicui corpori ſm naturã: nõ elementis ergo celo: ergo preter quattuor elemẽ/ta ponẽdum eſt aliud corpus ſimplex circulariter ſꝫ naturã motũ: tanto quidẽ elemẽtis nobilius: quãto illis ſupereminentius: ſublimiuſqꝫ conſpicit.

Auerrois dicit primo: impoſſibile ẽ vt iſte motus ſit accidentalis corpori ro/tundo: declaratum eſt enim ꝙ iſte motus eſt cõtinu⁹ ⁊ perpetuus ⁊ impoſſibile eſt motum continuum ⁊ perpetuuꝫ eſſe accidentalem: ratio eſt. Si quidpiaꝫ motu accidentali moueatur: potentia moti addit ſupra potentiam motoris: ergo nihil erit quod tali motu eterno tẽpore moueri poterit: ergo ſi mot⁹ cir/cularis ſit perpetuus: quod mouebitur illo motu ſic ſe habebit ꝙ potentia moti non addet ſupra poten/tiam motoris: ergo talis motus erit nãlis ⁊ ex parte mouentis ⁊ ex parte moti.

Item ait: celum non videtur corruptibile neqꝫ conſumptibile per ſenſum: hoc auteꝫ eſt de propoſitionibus de quibus dicit Albumaſar qꝺ non inducunt ad prime certitudinis ordinem ſed ta/men nullos ſenſus contradicit: neqꝫ ratio: ideſt pro/batio hec nõ eſt efficax: licet concludat veritatem: ⁊ talis ratio poteſt dici ſufficiẽtia: cũ ſit cõfirmata per ſenſuꝫ: infra .22. ratio .n. demõſtratiua cui atteſtatur ſenſus noiatur ſufficientia.

Iterum inquit: ſi celum eſſet ignis: mot⁹ cir/cularis eſſet igni accidentalis: ideſt violentus: que tenet ſtante predicta propoſitione ꝙ motus circularis ſit ſimplex: ⁊ omnis mot⁹ ſimplex ſit aut naturalis aut violentus: ⁊ cum motus ignis naturalis ſit aſcendere ſuperius: ⁊ in eodem corpo/re nõ ſint duo motus naturales: cum non habeant niſi vnam eandem naturam: a qua quidem non põt ⁊ ſic ꝯuenire niſi vnus mot⁹: ꝫ motus circularis erit violentus celo ⁊ igni ſi celum ſit ignis.

Cõmento. 16. ait ẽ pri⁹ eis nãlr ⁊ terminãt eã ſm lõgitudinẽ, i. qꝛ nã eius ẽ glorioſior eis ſm remotioneꝫ in loco: quia remotio duarum nãrum abinuiceꝫ in ſubſtãtia eſt ſicut remo/tio earum in loco: quapropter videmus ꝙ vili⁹ corꝫ eſt terra: ⁊ nobilius eſt ignis ⁊ non tm̃ elementa ſuc/cedunt ſibi in hoc: ſed etiã in corpibus celeſtibus: ⁊ Ariſtoteles dixit ꝙ nã lune eſt ſimilis nãe terre ideſt illa in celo infima eſt. Terra eſt fex elementorũ. Con/tra: terra eſt nobiliſſime locata in medio firmamẽti: er/go nobiliſſimum eſt elementum: locus nãqꝫ medi⁹ ſemper debet nobilior. Solutio eſt: agnoſcit perfe/ctio ⁊ imperfectio elemẽtorum ſm approximatiõeꝫ ⁊ diſtantiam a celo: ⁊ quia terra eſt centrum ⁊ maxi/me elõgata a celo: pro tanto fex eſt elementoruꝫ: cor/pora vero celeſtia ordinant ſm magnitudinem ⁊ ve/locitatem motuũ eorũ: pro tanto quia luna parua ẽ ⁊ in motu ſuo tarda fex eſt planetarũ: ⁊ dicebat Ari/ſtoteles primo metheororum: que quidem igit aſtro/rum velox quidem: longe autem: que autem lune deorſum quideꝫ: tarda auteꝫ: ⁊ propterea dič Auer/rois .2. celi .58. propinquitas in loco illis eſt ſimilis ꝓpinquitati eſſentiarũ adinuicem que eſt propinq/tas in ſcientia ⁊ in intellectu rationali: quanto enim magis intellectus primi moti eſt fortior tanto ma/gis deſideriuꝫ erit perfectius: ⁊ motus velocior: er/go intelligentia ſuperior eſt maioris intellectus: er/go maioris deſidery: ergo maioris virtutis motiue ergo motus proprius productus ab intelligẽtia ſu/periori eſt velocior: ergo motus productus ab itelli/gentia lune erit tardiſſimus motus circularis ſim/plex: ergo penes ordinẽ velocitatis motuũ celeſtiuꝫ dignoſcẽda eſt orbiũ celeſtiũ preſtantia. Et ſol licet ſit intẽſiſſime lucis: eſt tñ lux ſupiorũ planetarũ lõge perfectior eſt: velutti concedi ſolet viſuꝫ aquile viſu humano acutiorẽ ⁊ intẽſiorem: minime perfectiorẽ. Uel dato ꝙ lux ſolis ſit intẽſior ⁊ pfectior luce ſatur/ni: iouis ⁊ martis: ſunt tamen alie ꝓprietates luce ſublimiores excellentiam trium ſuperiorum plane/tarum declarantes.

Digreſſio.

Preſenti ſumme cũ ſint approbate propoſi/tiones iſte. De quocũqꝫ eſt veruꝫ dicere ꝙ eſt corpus nãle verũ eſt ⁊ affirmare eẽ mo/bile ſm locũ per ſe. Inueniũt motus ſimplex ⁊ rect⁹ ⁊ circularis. Motus mixtoꝝ facti ſm cõtemperamẽ/tum elementi dominãtis reducunt ad motus ſimpli/ces. Unius corporis ſimplicis eſt vn⁹ mot⁹ ſimplex. Motus circularis eſt pfectior motu recto. Celum ⁊ elementa ſunt alterius ⁊ alterius rõis: operepretiũ eſt anteqꝫ ad quintã ſummã deſcendamus cõtra ip/ſas nõnullas inducere difficultates ad excitandum ingenia veſtra: In primis hec propoſitio videt fal/ſa: omne corpus naturale eſt per ſe mobile. Tũ quia firmamentum eſt in loco per accidens: qꝛ per cen/trum: ergo mouetur per accidens. Tuꝫ quia partes celi acquirunt diuerſos ſitus: minime diuerſa loca: ergo motus celi eſt ſitualis: non localis: ergo non vnũquodqꝫ naturale corpus eſt mobile localiter ꝑ ſe. Tum quia celum eſſet in potentia ad quietem: quia ad terminum motus qui eſt quies: eſt enim mo/tus actus entis in potentia ſꝫ ꝙ in potentia .3. phy/ſicorum .6. ¶ Solutio eſt: ſunt omnia corpora natu/ralia per ſe mobilia localiter: forme cauſate mobiles per accidens re. vera: intelligentie dependentes mobiles per accidens rudiuſcule: quatenus videlꝫ

orbes planetaruꝫ a prima mediate reuoluūtur: prima intelligentia penitus exiſtit immobilis. Et propterea dicendū eſt firmamentū quieſcere ſm totum ꝓpter eandem diſtantiam ⁊ propinquitatem quam habet ad centrum ſempiterno tempore: ex modo autem quieſcendi rei in loco accipitur modus eſſendi rei in loco: locus nāq3 magis conceditur corporibus naturalibus propter quietem naturalem ꝙ ꝓpter motum: firmamentum ergo erit in loco ꝑ centrum: cum ratione eius ſit fixa: imobilis ⁊ quieſcēs: ⁊ ita per accidens erit in loco: quia ratione terre: ꝗ per ſe eſt in loco: ⁊ tale poteſt moueri ſm totum ſm formam: non ſm ſubiectum: eſt enim ſubiectuꝫ ſemper id quod eſt ſpera: ⁊ hoc non exit a loco: forma autem eius erit diſpoſitio quaꝫ habet circa cōuexuꝫ centri: ⁊ hec forma continue variatur de vno cōuexo rotunditatis ad aliud: vnde que indigent motu propter perfectionem acquirendam ſunt in loco per ſe: que egent motu propter perfectionē conſeruādā ⁊ ſi moueantur per ſe: ſunt tamē in loco per accidēs non colligit ergo ſequela hec: firmamentum eſt ī loco per accidens ergo mouetur per accidēs. ¶ Rurſus: partes celi mutant locum ⁊ ſm formam ⁊ ſm materiam: celum autem mutat locum ſm formam non ſm materiam. 8. phyſicorum. 76. Contra: celū quieſcit ſm materiaꝫ ⁊ ſubiectum: ergo poteſt moueri ſm materiam ⁊ ſubiectum: cum priuatiue oppoſita habeant fieri circa idem. Solutio: negatur conſequentia: ⁊ dico ſufficere aliquid eiuſdem rationis cū celo moueri ſm materiam: partes enim quantitatiue celi eiuſdem rationis cum celo mouentur ſ3 materiam: mutando ſitum. Celum ergo manet continue in eodem loco ſ3 materiam: ⁊ eſt in diuerſis locis ſm formaꝫ: ⁊ totū celū mouetur: ⁊ totū quieſcit: mouet aūt p ſe: q̄eſcit p accidēs: ptes celi ⁊ ſm mām mouent ⁊ ſm formā: totū celū mouet ſm formā tātum: minime ſm materiaꝫ: hinc eſt ꝙ iſte due propoſitiones conceduntur. Prima eſt: celum ſm ſe totū mouetur per ſe. Secunda: celū ſ3 ſe totum quieſcit per accidens: quia ſm ſubiectuꝫ ⁊ materiam. ¶ Amplius: motus eternus terminum habet in potentia ⁊ non in actu: ⁊ ad illam mobile eſt in potentia: ꝓprie tamen loquendo: neq3 celum eſt in potentia ad motum: neq3 ad terminum motus. ¶ Contra. 5. phyſicorum. 22. quod innatum eſt moueri innatum eſt quieſcere: ergo cum celum moueatur: innatū eſt quieſcere. ¶ Solutio: celum quod mouetur motu eterno natū eſt quieſcere ſ3 rōnē eius generalē: ut ſi aliquod moueatur motu finito: illud vt tale ens eſt natum quieſcere.

Item fuit iſta propoſitio conceſſa: motus circularis eſt perfectior motu recto: quia linea circularis eſt perfectior linea recta: cum ſit linea recta finita imperfecta: ſimiliter ⁊ infinita: linea aūt circularis perfectiſſima exiſtit. ¶ Contra: linea recta habet principium: medium ⁊ finem: ſimiliter ⁊ motus rectus: linea circularis ⁊ motus circularis ſ illa non habent actu: ergo. Item dyameter celi non pōt additionē ſuſcipere: ergo eſt linea perfecta. Rurſus: hoī additio fieri poteſt: eſt tñ ens perfectū: ergo ⁊ linea recta perfecta poterit eſſe: nō obſtāte ꝙ ei poſſit fieri additio. Jterū motui circulari fit additamentum: vt circulatio circulationi: ergo. Amplius: linea circularis ē ipfecta magnitudo: q2 nō ē corp⁹: ſola aūt magnitudinum perfecta eſt corpus. Item motus circularis non habet finem ergo eſt otioſus ergo vilis: motu recto acquirit ſinis mot⁹ ergo motus rectus eſt pfectus. Poſtremo: probatio Ariſtotelis apparet circularis: q2 ex pfectione linee circularis cōuincit excellentiā motus circularis: ex cuius pfectione cōcludit corpus circulare eſſe perfectuꝫ. ¶ Solutio eſt: motus circularis perfectior eſt motu recto: cuꝫ fiat ſm perfectius ſpatiū: circulus enim eſt perfectior linea recta: hoc fundamēto: nam circulus vbiq3 vnus eſt ⁊ cōtinuus: cui neq3 addi quicꝙ pōt neq3 ſubſtrahi: manēte ratiōe circuli: recta linea nō vbiq3 vna eſt ⁊ cōtinua: cuꝫ extremitates habeat nō adinuiceꝫ cōtinuas: ⁊ ei pōt addi qcꝙ aut ſubſtrahi manēte eadeꝫ linee rōne: motus ergo circularis corpori conſentit tanto elementis preſtabiliori quāto plus ab illis corporibus diſtat. Et propterea dicendum eſt primo: linea recta perfecta eſt in genere: nō ſimpliciter: illi pōt fieri additio: huic nō. ¶ Motus rectus non eſt ita perfectus ſicut circularis: q2 illa nō pōt eſſe etern⁹ circularis perpetu⁹ exiſtit: ſtante eternitate mūdi: ⁊ nobilius motuū localiuꝫ attendit penes ſubiectū ⁊ fineꝫ: nō penes habere termios actu ⁊ potentia. ¶ Dico ſecūdo: dyametro mūdi vt eſt in tali materia nō pōt quicquā addi: cui vt eſt linea recta pōt fieri additio: at circulus ex ꝓpria rōne circuli h3 ꝙ non ſit additionis ſuſceptiu⁹. ¶ Dico tertio: homo dicit pfectus ſm ſpeciē: quaten⁹ nō pōt addi quicꝙ homini qō ptineat ad rōneꝫ hoīs: linee recte vt recta eſt adiungi pōt aliqd qō ſpectat ad rationeꝫ linee recte. ¶ Dico quarto: vna reuolutio celeſtis cōplementū h3 ſue ſpeciei cuꝫ redierit ad principiuꝫ a quo incepit: ⁊ ita nō ſit additio ad eandeꝫ circulationem: ſed qō ſequit ad aliam pertinet circulatōeꝫ: ꝓprie nāq3 illi ſit additio quod permanet. ¶ Dico quinto: linea circularis eſt quidē linea perfecta: magnitudo aūt imperfecta: veluti inductio eſt argumētatio imperfecta ⁊ inductio perfecta. ¶ Dico ſexto: motus eternus ordinatus eſt ad ſaluteꝫ rerum naturalium: a quo motu celi tanta pendet ſubceleſtiū mutatio: ſunt eniꝫ hec inferiora inſtrumēta celi. 2. de generatione. 55. vnde nō pōt natus viuere oībus planetis exiſtentibus in prima aut ſecūda domo: qbus ordo menſiuꝫ datur: quibus mēſibus moratur fetus in vtero: ⁊ ſentiūt medici ꝙ natura totius regiminis ſequatur motuꝫ lune in diebus creticis: Venti: Pluuie: Secte: Mores: Fluxus ⁊ refluxus maris celuꝫ ſequūtur: vult⁹ eniꝫ huius ſeculi ſubiecti ſunt vultibus celeſtibus: auctore Ptolomeo centiloquij verbo nono: ⁊ primo metheoꝝ: mūdus inferior ſuperioribus lationib⁹ cōtinu⁹ eſt: vt oīs virtus inde gubernetur. ¶ Dico vltimo: ratio Ariſtotelis nō eſt circularis: quia declaratur perfectio motus circularis ex perfectione linee circularis abſolute: ex perfectione aūt motus circularis in cōmuni probat hoc corpus qō circulariter mouet: eſſe pfectū: ⁊ ita nō procedit ab eodem ad idem: ſed ex cōmuni ad propriuꝫ: hec ſanctus Thomas.

Amplius iſta propoſitio. Celum ⁊ corpora ſublunaria ſunt alterius ⁊ alteri⁹ rationis vera eſt: hoc fundamento: quia materia celi nō eſt tranſmutabilis de vna forma in aliaꝫ formā: cum talis materia ſupra nullam formaꝫ inueniatur habere cauſalitatē: quapp in celo talis ordo reperit: intelligentia: materia: quantitas celi: materia autem corporuꝫ ſubceleſtiuꝫ tranſmutabilis eſt de vna for-

ma ſubſtantialí in aliam : cum talis materia ſemper
inueniatur ſtare ſub forma ſupra quã habet cauſali
taté:ordo.n. in ſubceleſtib⁹ corporib⁹ tal' exiſtit: ma
teria: dimenſio interminata: forma ſpecifica: dimen
ſio terminata:ergo materia celi alterius eſt rationis
a materia corporũ ſublunariũ ergo ⁊ celum ⁊ corpo
ra ſubceleſtia. Hec igitur ſunt que circa quartá ſum
mam vobis explicanda propoſueraꝫ:qua patefactũ
eſt principali intentione:ponenduꝫ eſſe aliqđ corp⁹
ſimplex preter quattuor elementa cui motus circu
laris natura cõceditur.

¶Summa Quinta Primi de celo.

Aniſeſtum ergo.

Preſenti ſumma que eſt a Textu
Cõmenti.11.vſqꝫ ad.20. demon
ſtratur hec cõcluſio. Corpus ſim
plex qđ circũagi:circũqꝫ ferri du
ctuꝫ eſt:neqꝫ graue:neqꝫ leue ē:
cuꝫ neqꝫ a medio neqꝫ ad mediũ
feratur. ¶Sententia aũt Textus Cõmenti.17.ſtat
in hoc. Graue eſt qđ corpus qđ natuꝫ eſt ferri ad me
dium. Leue a medio. Grauiſſimum quod omnibus
corporibus ſubſtat deorſum latis. Leuiſſimuꝫ collo
catur ſup omnia corpora que ſurſum pergunt. Pre
terea quicquid ſurſum aut deorſum fertur: aut leui
tatem habeat aut grauitatem aut vtrunqꝫ : at non
ad idē:neceſſe eſt:ad alia nãqꝫ grauia: ⁊ leuia ſunt:
vt aer ad aquaꝫ:⁊ aqua ad terram.

Auerrois primo dicit. Corpora diuidũtur
in tres naturas:grauem: leuem:
neqꝫ grauem neqꝫ leuem: vt eſt in ſubſtantijs que
non ſunt innaté dici eſſe in altero contrariorum:ver
bi gratia lapis neqꝫ loquens dicitur:neqꝫ mutus:⁊
puer neqꝫ ſapiens neqꝫ inſipiens. Senſus eſt: ſub
ſtantie que non ſunt nate eſſe ſub altero contrarioꝝ:
ſic ſe habent ꝙ nunquaꝫ informant illis contrarijs:
nec ſimul:nec ſucceſſiue:⁊ ita celum nõ eſt capax gra
uitatis ⁊ leuitatis. Sicut ⁊ puer nec ſapiens nec in
ſipiens exiſtit:non enim habet propoſitum:neqꝫ co
gnitionem ſcilicet intellectiuam.12. phyſicoruꝫ. 59.
ab infantibus eniꝫ auſertur operatio intellectus p
pter indiſpoſitionem ſenſuũ interioruꝫ:non exterio
rum quos habent perfectiſſimos:⁊ non ſum cũ illis
qui putant ad mentem Auerrois animã intellectiuã
non eſſe in homine niſi in etate diſcretionis: ⁊ hec ē
cauſa ꝙ dicitur.5.methaphyſice.27.homo non ciui
lis neqꝫ bonus neqꝫ malus eſt:neqꝫ iuſtus neqꝫ in
iuſtus:ſunt enim priuatiue oppoſita que habēt fieri
circa idem ſubiectuꝫ ordine irregreſſibili ⁊ tempore
determinatis a natura : vnde non dicunt edenuli q
nõ habent dentes:aut ceci qui carent viſu:ſed quã
do cõtingit habere ⁊ nõ habent.i.qñ ſunt idonei ad
hñdum ⁊ nõ habent.

Item ait:concluditur in ſecunda figura ꝙ cor
pus circulare neqꝫ eſt graue: neqꝫ leue.
Syllogiſmus eſt in quarto ſecũde talis. Quicquid
habet grauitaté aut leuitaté mouet ſurſuꝫ aut deor
ſum. Celum nõ mouet ſurſuꝫ nec deorſuꝫ: ergo nõ
eſt graue neqꝫ leue:cum.n.mã ſtans ſub forma ſub
ſtantiali grauis pſectibilis ſit forma leuis ⁊ conſtet
mãm celi nõ eſſe trãſmutabilé de vna forma in aliã:
nõ erit celum graue:neqꝫ leue.

Iterum inquit: aqua grauis eſt in reſpectu
aeris:⁊ leuis in reſpectu terre: ideo
exiſtens in centro mouetur ad concauitaté aeris:⁊ ē
grauis magis ꝗ̃ leuis:⁊ aer magis leuis ꝗ̃ grauis.
Senſus eſt:elementa media in pprijs ſperis gra
uia exiſtunt ⁊ leuia:quorum grauitas ⁊ leuitas ſim
pliciſſime ſunt:quéadmodum ⁊ qualitates alteratiu
ue. Et ſepe dicitur aer magis grauis ꝗ̃ leuis: qua
tenus magis promouet ad motum deorſum ꝗ̃ ad
motum ſurſum:hic dicitur magis leuis ꝗ̃ grauis:
quia deſcendit in vno elemento ⁊ aſcendit in duo
bus: aqua magis grauis ꝗ̃ leuis: cum acendat in
vno ⁊ deſcendat in duobus elementis. ¶ Eſt atten
tione dignuꝫ: elementa omnia habent loca determi
nata ⁊ ſuperius ⁊ inferius vltra que nõ mouent na
turaliter:vnde ãnihilato per poſſibile celo ignis nõ
tranſiret locũ in quo nũc eſt:⁊ poſita terra perforata
ſm dyametrum tranſeuntem per centrum terre: la
pis deſcendēs non deſcenderet niſi vſqꝫ ad centruꝫ
naturaliter. Quia tamen aqua facilius ſuſcipit ſpe
tũ deorſum ꝗ̃ ſurſum:expeditiuſqꝫ deſcenderet ad
locum terre remota terra ꝗ̃ ad locum aeris ſublato
aere: dicitur.4.celi.39. aquam deſcēdere ad locum
terre ſublata terra ex iclinatiõe grauitatis ⁊ non ex
neceſſitate vacui.

Amplius ait:intelligēdũ eſt ex deſcriptiõe
grauis ⁊ leuis nãm que īnata eſt
ad mouendum ad medium vel a medio: ſciꝫ habi
tum ⁊ formaꝫ ex qua procedit hec operatio:⁊ ſi hoc
nomen grauitas ⁊ leuitas non dicant vulgariter ni
ſi de accidente. Senſus eſt:per formam intelligit ip
ſam eſſe ſubſtantiam:per habitum naturalem incli
nationem que eſt qualitas de ſecũda ſpecie:⁊ potuit
idem nomen qualitati de ſecũda ſpecie ⁊ ſubſtantie
ſatiſfacere propter ſcilicet maximam eorum conue
nientiam:hinc eſt ꝙ.7.phyſicorum.20.dicitur qua
litates de ſecũda ſpecie non acquirí per alterationé:
quia forme ſubſtantiales non acquiruntur per alte
rationé:⁊ propterea dicebat Auerrois.4.celi.2.hec
nomina graue ⁊ leue non demonſtrare apud Ariſto
telem niſi habitum ⁊ formam:ſed grauitas ⁊ leuitas
ſi ſint forme ſubſtantiales grauium ⁊ leuium erunt
principia motuum localium principalia non inſtru
mentalia: ſi ſint qualitates: principiabunt mot⁹ in
ſtrumentaliter non principaliter: actiones aũt mo
do inſtrumento:ſepe cauſe principali mandari ſo
lent:mihi placet eas aggregato ex cauſa principali
⁊ inſtrumēto demandare: verum preſenti lectione
hypotetice ⁊ conditionaliter locutus ſum feſtinãs
ad alia.4.celi oſtendam grauitaté ⁊ leuitaté formas
eſſe grauiũ ⁊ leuiũ ſubſtãtiales.

Rurſus inquit:hec deſcriptio eſt accepta ex
quiete in loco proprio:prima aũteꝫ
ex motu:⁊ eſt grauiſſimum id quod grauitate prece
dit oĩa grauia:qb⁹ ſubſtat. Leuiſſimũ qđ leuitate an
tecedit leuia oĩa:qb⁹ ſuperſ:⁊ notáter dr leuiſſimũ
ſuperſerri ⁊ nõ ſupeminere:q: celũ ſupeminet:nõ aũt
ſuperſ:⁊ ē ad doctrinã facili⁹ diffinire p motũ ꝗ̃ p
quieté:forme.n.nõ cõprehēdunt ſm ſenſum ſed ſꝫ
ſuã actioné.12.methaphyſice.14.

Poſtremo ait:manifeſtũ eſt: quoniã hec
deſcriptio conuertit ſuper ſe:
ſicut inatũ eſt deſcriptõib⁹.1.vſus deffinitionũ ⁊ de
ſcriptionuꝫ conditio eſt:ꝙ de quocũqꝫ affirmat de
ſcriptũ affirmatur ⁊ deſcriptio:⁊ ecõtra: ſi.n.graue
eſt illud

eſt illud quod ad inferius ſm naturã deſcẽdit: omne deſcẽdẽs ad inferius nãliter erit graue: & ſi ſimplex: ſimplex: ſi l reſpectiu: i reſpcũ. ℭ Dicit. s. Thomas Ariſtotelem deſcripſiſſe graue & leue per habitudinẽ ad mediũ vt ſine calũnia procederet ad propoſitum oſtendẽdum: dicebat. n. Plato in mũdo ſm ſe nõ eẽ ſurſum & deorſũ ꝑꝑ eius rotũditatẽ: cui non eſt cõſentiendũ: cũ inueniat ſuperius in mũdo & viuẽtibꝰ mortalibꝰ: ſimiliter & inferius. Unde ſupius in mũdo eſt cõcauũ celi: inferius eſt cẽtrũ: ſupius in plantis & aĩalibus eſt illa ps qua attrahit nutrimẽtũ: alia ps eſt inferius. 2. de aĩa. 39.

Sententia Textus Cõmenti. 18. & 19. Celum non mouetur a medio: nec ad medium: nec ſm naturam: quia mouetur celum ſm naturam circulariter nec preter naturam: ne celo motus rectus natura conueniat. Item: totius & partis idem eſt iudicium: nulla pars celi fertur a medio nec ad medium: ergo celum non eſt graue neqꝫ leue.

Cõmentum. 18. totum in hoc cõſiſtit. Celum non accidit ad centrum naturaliter. Tum quia vnius corporis ſimplicis eſt tantũ vnus motus naturalis. Tum quia eſſet aqua aut terra: Nec violenter: quia tunc receſſus ineſſet ſibi ſm naturam: duorũ enim motuũ ꝯtrariorũ ſi alter eſt cuipiã preter nãm: alter eidem cõpetit ſm nãm. Tum quia eſſet ignis aut aer: neqꝫ acceſſus & receſſus pñt ineſſe celo nãliter & preter naturã: quia tunc celo cõtrariaret corpus cui alter illorũ motuũ naturaliter cõueniret.

Dicit autem primo: propalauit minorem propoſitionem hanc ſcilicet: Celum non mouetur ſurſum: nec deorſum: cum maior eſſet iam declarata: hec videlicet. Quicquid habet grauitatem aut leuitatem mouetur ſurſum aut deorſum: & format hanc conſequentiam: corpus rotundum mouetur motu recto natura ergo eſt vnũ elementorũ quatuor: vnius. n. corporis ſimplicis tantũ vnus motꝰ eſt ſm naturã:

Item ait: quando poſuerimus alterũ duorũ motuum contrariorũ ſimplicium in aliquo corpore naturaliter contingit qualiter ſit accidentalis in eo: & ſi non contingeret duos motus eſſe in eodem corpore naturaliter: id eſt motus contrarius motui naturali vnius corporis ẽ accidẽtalis ſeu violentus illi: ſi enim motus rectus ſurſum ſit naturalis igni: motus rectus deorſum erit ſibi accidẽtalis & violentus: & intentio Ariſtotelis ex iſta ꝓpoſitiõe nõ eſt niſi eius conuerſa dicẽs: cũ in aliquo corpore poſuerimus alterum duorũ cõtrariorũ eſſe accidentalem neceſſe eſt vt alter ſit ei naturalis: id eſt motus contrarius motui accidentali vnius corporis eſt naturalis illi: & hec cõuerſio magis occulta eſt ꝙ̃ prima: & iſta propoſitio: motus cõtrarius motui accidentali vnius corpus eſt naturalis illi non eſt ita certa: ſicut iſta: motus contrarius motui naturali vnius corporis eſt accidentalis illi: & ratio eſt: quia poteſt aliqs dicere: non eſt remotum vt in corpore rotundo ſint duo motus recti inſimul accidentaliter: ſcilicet motꝰ ad ſuperius & motus ad inferius: & circularis ſit ei naturalis: id eſt conſequẽtia hec nõ vr valere: motꝰ rectus ſurſum eſt accidentalis celo: ergo motꝰ rectꝰ deorſũ eſt ei naturalis: quia poteſt quiſpiam fateri ambos illos motus eſſe celo accidentales & ſolũ circularẽ eẽ ei nãlẽ. Uerũtamẽ hec ꝯditõalis colligit: ſi aliqs duorũ motuum rectorũ eẽt in celo accidẽtalis: oporteret vt corpus in quo ẽ nãliter eẽt celo ꝯtrariũ: ſed corpus rotũdũ nõ hꝫ ꝯtrariũ: ergo celũ nõ mouebit ſurſum: neqꝫ deorſum: nec ſm nãm: nec ꝑter naturam: ergo nõ erit graue: neqꝫ leue. 1. iſta conſequentia valet: celũ mouet motu recto: ergo ꝯtrariat elementis. ℭ Contra: ſequela hec nõ cõcludit: elemẽtũ mouet circulariter: ergo contrariat celo circulariter ſm naturã moto: ergo neqꝫ iſta probat: celũ mouet motu recto: ergo cõtrariat elemẽtis ſm nãm recte motis. ℭ Solutio ẽ: motus circularis elemẽti nõ ẽ ſimplex: & ideo nec violentus: celũ aũt ſi moueret motu recto: cũ celi nõ poſſit eſſe niſi motus ſimplex: talis motus rectus eſſet violentus celo: & propterea dico hãc cõſequentiam valere: celũ mouetur motu recto ſimpliciter ergo contrariatur elemẽtis: hoc fundamento: omnis motus ſimplex non naturalis a natura propria alicui corpori eſt violẽtus illi: & corpus cui ineſt motus violentus contrariatur ei cui talis motus adeſt ſm naturam. Similiter fateor hanc conſequentiam: elementum mouetur circulariter ſimpliciter ergo cõtrariatur celo: que tenet: quia ſi elementũ mouetur circulariter ſimpliciter: ergo motus circularis ẽ violentus elemento: ergo elemento contrariatur corpꝰ cui ineſt motus circularis ſm naturam: ergo celũ cõtrariabitur elemento.

Commento. 19. ait primo: natura partis corporis ſimiliũ corporũ eadem ẽ cũ nã totius diffinitione: & cũ ſit eadem diffinitio: eſt eadem eſt forma: & cum forma: actione prouenientes: ab illa forma. 8. phyſicorum. 15. & 2. de aĩa. 9. natura totius & partis eſt eadem. Senſus eſt: idem eſt iudiciũ totius & partis in homogeneis & in his q̃ per ſe parti & toti attribuunt: nõ. n. valet: minimũ ignis põt p ſe exiſtere ergo & pars: qꝛ ſi minimũ p ſe ſtat: hoc nõ eſt inquantũ ignis: ſed vt ſtat ſub debita quãtitate nec itẽ valet pars ẽ i loco per accidens ergo & totũ ſi igit accidẽs: ꝓuenientes a graui & leui ſunt iſti duo motus: neceſſe eſt vt ſic ꝓueniant a parte ſicut a toto: eſſe: n. mobile per ſe datur toti & parti integrali quã eſt ſeparata a toto: que pars a toto ſeiuncta hꝫ rationem totius.

Item ait. Stelle cadẽtes nõ ſunt celi: ſtelle. n. celi note ſunt nõ tranſmutabiles: & ſi ſtelle caderẽt a celo diminuerent in iſto longo tempore i. ſi ſtelle caderent diminuerentur in numero: vnde que apparent ſtelle ſunt vapores ignitũ: primo enim metheororum tractat Ariſtoteles de diuerſis igniũ figuris in aere apparentibus ex vaporibus calidis & ſiccis generatis eleuatis a terra vſqꝫ ad ſupremã aeris regionem; & tales impreſſiones ignite differunt magnitudine: colore: figura: motu: loco & tempore: & ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime: naturaliter facte: licꝫ multa violente cõcurrant: veluti generatio ſoni eſt naturalis: nõ obſtante ꝙ efficiẽtes cauſe ipm violẽter producant.

Iterum ait: & poſt dicetur de cauſa calefactionis ſolis: quia non ſequitur: vt oẽ calefaciens ſit ignis. i. celum non eſt ignis: & ſi ſit calidum: quia ignis eſt calidus formaliter: celum virtualiter tantum: calefacit celũ motu & lumĩe abſqꝫ hoc ꝙ ſit calidũ formaliter: celũ quoqꝫ calidũ ẽ calore largiẽte vitam vegetabilẽ & ſenſibilẽ; & non dico intellectualẽ: quia intellectus nõ eſt ſubiectus poteſtati

materie:neqꝫ agentis nālis:at elementa calida ⁊ frigida formaliter inueniunt̃:⁊ cum celum ſit alterans ⁊ nullatenus alteratuꝫ:non erunt in celo qualitates actiue ⁊ paſſiue.

Amplius ait: Alexander ſꝫ ꝙ de eo narrat Themiſtius dicit ꝙ Ariſtoteles dixit hunc ſecūduꝫ ſermonē opponēdo ⁊ cōtradicendo dicentib⁹ celum delatū ſuper totum:quod ſi hoc non eſſet caderet.i.hec ſubceleſtia corpora ſuſtinent celuꝫ ne cadat:ſi.n.eſſet ita:in tam longo tpe cecidiſſent eius partes:⁊ rō eſt: qꝛ hec inferiora ſunt virtutis debilitabilis.

Rurſus ait:non eſt celum mixtuꝫ:cuꝫ nō tendat ſurſuꝫ:neqꝫ deorſum: mixtū autem quodcunqꝫ mouetur ſm temperamentum elementi dominantis:non datur enim mixtuꝫ equalis ponderis:ſupra.7.⁊ cum nō habeat celum cōtinens ipſum extrinſecum non eſt in loco per ſe. ¶Eſt memoria dignum. Que mouentur motu recto ⁊ augmēti ⁊ alterationis:ſunt per ſe in loco:cum ſint naturaliter terminata:non terminantia: eſt enim terra terminata non terminans: accidit nāqꝫ elementis terminare non terminari: cum elementa vt elementa ſunt contineantur. Orbes planetarum per accidens ſunt in loco per ſe:officium eniꝫ ſperici eſt continere:cui terminari ⁊ cōtineri accidit:⁊ ita planete ſunt in loco per accidens dupliciter:vno modo per accidens:quia per centrum:alio modo per accidens; qꝛ accidit eis vt ſperici ſunt:ꝙ contineantur. Primuꝫ mobile eſt vno modo per accidens tantum in loco: ratione ſcilicet centri. Totum vniuerſum eſt in loco per partes: ſimiliter ⁊ cumulus ex orbibus celeſtibus. Accidentia ſunt vere in loco per accidens. Anima verius dicitur locari per aliud ꝙ per accidens. 4.phyſicorum.43.44.45. ¶Ulterius animaduertendum:ſi vna pars celi ſeparata: diuulſaqꝫ eſſet a toto: (quāuis id natura fieri non poſſit: cuꝫ celū ab omni ſectionis iniuria ſit alienum) ea neqꝫ ſurſum: neqꝫ deorſum ferretur:cum id neqꝫ natura:neqꝫ preter naturam fieri poſſit: veluti dictum eſt de toto celo. Puto igitur cōtradictionem claudere imaginari partes celi a celo diuulſaꝫ. ¶Patefacta eſt itaqꝫ hec ppoſitio. Celū non eſt graue:nec leue:ois.n.forma ſubſtātialis qua cōſtituit̃ aliquod corp⁹ graue vel leue hꝫ oppoſitā formaꝫ:⁊ eſt diuiſibilis ad diuiſioneꝫ ſubiecti:⁊ mobilis per accidens proprie:intelligentie celeſtes nō habēt oppoſitam formā: non exiſtūt diuiſibiles:nō mobiles ad motuꝫ ſubiecti: ideo corpora celeſtia intelligentijs ꝯſtituta nec erūt grauia: nec leuia:⁊ mouebunt̃ tantū circulariter:qꝛ ſi anima mouet nō circulariter: eſt cōſtituta ineſſe per ſubiectum.2.capitulo de ſubſtantia orbis. ¶Contra: ergo homo nō erit grauis nec leuis: cum conſtituatur vltimate per intellectū:⁊ cū ſit grauis ⁊ moueatur non circulariter erit intellect⁹ humanus conſtitutus ineſſe p ſubiectū. ¶Solutio eſt:vel hō ⁊ mot⁹ eius nō circularis ab anima eſt cogitatiua. Uel dico ꝙ ad hoc vt aliqua forma conſtituatur ineſſe per corpus ſufficit ꝙ incipiat informare hoc vel illud pfectibile: ſiue incipiat eē:ſiue nō:corp⁹ ergo humanū inuenit̃ graue: qꝛ intellectus informat materiam formis diſpoſitam ab ea cauſatis. Duntaxat materia ſtat ſub grauitate ⁊ leuitate que habet cauſalitatē ſupra aliquam formam ſubſtantialeꝫ:⁊ cum materia celi nullam habeat cauſalitatem ſupra formam: non potuit celū eē graue:neqꝫ leue:⁊ hec ē cā ꝙ ſolit⁹ ſum dicē corpora nīſia alia a celo ⁊ hoie ꝯſtituunt̃ tm̄ i eſſe p formas eductas de gremio mā̄e. Celū hꝫ eē ſolū per intellectum:hō ⁊ ſenſu viuit ⁊ intellectu:⁊ ppterea eius ē quo nihil ē ꝯpoſitius:hec de qnta ſūma.

¶Sūma Sexta primi de celo.

ET oportet nos. Preſenti ſūma q̄ ē a textu Cōmenti.20.vſqꝫ ad.33.oſtendit̃ hec cōcluſio. Celū neqꝫ generabile:neqꝫ corruptibile:neqꝫ augmentabile:neqꝫ diminuibile ē:neqꝫ alterabile:neqꝫ illi:neqꝫ motui illius aliquod exiſtit ꝯtrariū. ¶Snia aūt text⁹ Cōmenti.20.talis exiſtit. Quicqd generat̃ ex cōtrario generat̃:⁊ qcqd corrumpit̃ i ſuū corrūpit̃ ꝯtrariuꝫ:primo phyſi.44. Celo nihil ē ꝯtrariū:qꝛ motui celi circulari nullus ē mot⁹ ꝯtrari⁹:ꝗ celū neqꝫ generabile ē:neqꝫ corruptibile: generatio nāqꝫ ⁊ corruptio in ipſis ꝯtrarijs ē:⁊ iter terminos verſat̃ ꝯtrarios.ſ.formam q̄ acquirit̃ ⁊ alterā que deperdit.

Auerrois primo dicit:nā mouēs circulariter ē alia a nā.ſ.mot⁹ equalis:⁊ rō ē: qꝛ nā mouens circulariter ē abſtracta: ⁊ penit⁹ imobilis:nā que mouet recte ē conſtituta ineſſe p ſubiectum:vel requirēs diſpoſitionē ꝯſtitutā in eē p ſubiectum: ppter intellectum humanū ſi moueat corp⁹ humanum motu recto.

Item ait:dixit:neqꝫ generabile ab aliquo: ⁊ ſi dixit:neqꝫ generabile ſimplr:qm hec eſt differentia inter opinantes ꝙ hoc corpus ē cauſatuꝫ ſeu creatū a pria cā:⁊ opinātes ipm eē primaꝫ cām. Senſus ē:ponētes celū eē primā cām faciūt celū oio igenerabile a ſe:⁊ ſunt iſti caſtigati ab Ariſtotele.7.⁊.8.phyſicorum oſtendente nihil mouere ſe:⁊ ꝙ dātur ſubſtantie ſeparate. Alij putant celum generabile ex ſe: ingenerabile vero ab alio: quos reprobat Auerrois.12.methaphyſice.41.2. phyſicorum.48. oſtendens generabile ⁊ corruptibile ex ſe non poſſe ab alio reddi ingenerabile ⁊ incorruptibile: non poteſt enim quidpiam expare eternitatem quod habet materiam in potentia partem ſui eſſentialem: at preſenti Commento ſolum dicit Cōmentator:ſi concederent iſti celum eſſe generabile ⁊ a nullo agente ⁊ in nullo tempore:bene poſſet inſtitui hec vox generabile que de ſui principali ſignificato ſignificat terminatum tempore ⁊ generabile ab aliquo agente ad ſignificandum ſm vocem ⁊ ſm tranſumptionem.i. equiuoce ⁊ tranſumptiue.i.ſm ſecundum modum equiuocationis ipſuꝫ celum:ſatis eſt Ariſtoteli nūc probare celum eſſe ingenerale: ſiue ſit ex ſe: vt Ariſtoteles tenet:ſiue ab alio vt Plato ⁊ Auicenna crediderunt: apud enim Peripateticos ſi debeat aliquid eſſe generatum requiritur ꝙ non eſſe generati precedat eſſe generati tempore:non natura tantuꝫ: infra.106.

Rurſus ait:intelligit per tranſmutationē qō eſt tranſmutabile tribus modis:per alterationem:alterationem quam terminat extrinſece generatio ⁊ corruptio: quia alteratio que eſt illuminatio non eſt impoſſibilis celo. Senſus eſt:mutatio per ſe eſt triplex: forma fluens: fluxus forme: mutatio

mutatio formalis: forma fluēs latiſſime in quattuor generib⁹ muenit: ſubſtātia: q̄titate: qualitate ⁊ vbi: fluxus forme eſt quātitas: mutatio formalis eſt paſſio: a celo igitur remouet̃ tranſmutatio in ſubſtātiaꝫ quantitate ⁊ qualitate.

Preterea ait: hec propoſitio eſt vera in generatōe ſimplici ⁊ cōpoſita: cum cōpoſitū ſit cōtrarium eis ex quibus cōponit̃: ⁊ ceteris. Senſus eſt: naſcitur quidē generatio ⁊ interitus ſubcæleſtiū corporū pp contrarietatē repertam in formis ⁊ ita oē generatū generat̃ a contrario in genere cauſe materialis: q꞉ in genere cauſe efficientis ſimile a ſimili generat̃. 12. methaphyſice. 24. ⁊ ſimiliter omne corruptum deſinit in contrarium. Et cū Auerrois dicit. Mineralia: plantas: animalia ex putrida materia produci imediate ex elementis: ſanguinem ex pane: ⁊ membra ex ſanguine ita intelligitur iſte locus: quando forme mixtoruꝫ cōtrarie formis inducendis non ſunt manifeſte: dicuntur illa fieri ex elementis: quando ſunt note: dicūtur fieri ex illis imediate: ⁊ quia generatio mineralium: plantaruꝫ ⁊ animalium genitorum ex putrida materia eſt corruptio quorūdam mixtorū nobis latentium: ideo ab Auerroi illa ex elementis naſci dicunt̃ generatio vero ſanguinis ⁊ mēbroruꝫ nec non ex animaliuꝫ coitu genitoruꝫ eſt corruptio mixtorum quorūdam nobis notorum: quapropter hec ex illis imediate produci dicūtur: ſi ergo illud ex eſt generatio eſſet ſimile generato non poſſet generans agere in materiā generandi: nihil. n. agit in ſuum ſimile ſed in ꝯtrariū: actio enim eſt ratione ꝯrietatis paſſio ꝯuenientie: primo de generatione. 51. 52. ⁊ licet agēs naturale prius natura corrūpat: prius tamē natura intendit producere ſibi ſimile: ⁊ cum taꝫ ſimilitudo q̄ꝫ diſſimilitudo ſit ratio agendi ⁊ patiendi: ſimile nō aget in ſimile: ſimile ſcilicet in qualitate: gradu: raritate: denſitate: actione directa non reflexa: ⁊ modo agendi: ⁊ ratio eſt: quia finis agētis eſt aſſimilare ſibi paſſuꝫ: iō abſoluta aſſimilatiōe ceſſat actō: dico aſſimilare iquātū ē poſſibile agens enim denſuꝫ agit vt aſſimilet paſſum in agēdo: agens raruꝫ vt aſſimilet in agendo. ⁊ in gradu ⁊ raritate. Alij tamē duabus tm̄ ſunt ꝯtenti limitationibus in qualitate. ſ. ⁊ in gradu: ſꝫ quos virtus vnita citius nō intēſius producit.

Iterum ait: motus contrariorum corporum ſimplicium ſunt contrarij: id eſt ſubſtantiarum contrariaruꝫ coherētes ſunt operationes ⁊ motus: quare motus omnis generati ſimplicis eſt contrarius motui eius ex quo eſt generatuꝫ: ſi aqua ex terra generetur: motus aque aduerſatur motui terre contrarietate medij ad extremum: ſimiliter ſi ex igne gignatur: at ſi ex aere: cum aer ⁊ aqua opponantur oppoſitione extremi ad extremum: motus eorum tanta quoq꞉ oppoſitione opponunt̃: notāter autem dixit Auerrois: motus generati ſimplicis: quia ſtat mixtum ex elementis generari ⁊ moueri ſꝫ contēperamētuꝫ elemēti dominātis: vel ſatis eſt q̄ motus mixti ꝯtrarius ſit motui alicuius elemēti venientis ad eius cōpoſitioneꝫ.

Vlterius inquit: impoſſibile eſſet his generatio ⁊ corruptio ſi non eſſet corpus non generabile vel corruptibile: hoc eſt cōſiliū primū ex opatiōe nature. Senſus eſt: ſi nō dat̃ generans nō generabile: nulla inuenitur generatio ⁊ corruptio: q꞉ vel pceſſus eſſꝫ in infinitū in ꝯīantibus: vel peruenitur tandeꝫ ad generans ingenerabile: qd eſt celuꝫ. Unde obſeruanduꝫ eſt: primuꝫ mouens localiter in genere eſt celum: primum mouens ſimpliciter eſt intelligentia: primū tamē generās ⁊ alterās ſimpliciter ē primū mouēs motū qd reſoluendū ē in primū localiter mouēs imobile: itelligētia nāq꞉ mouēs celū primū mouēs localiter: nequaquā primum generās ⁊ alterās vocari pōt: ⁊ cā ē: q꞉ inſtīm intelligētiarū peculiare generationē n̄ recipit: neq꞉ alterationē: ſꝫ bn̄ motū localē. 8. phyſico. 20. dicebat Auer. nō inuenit̃ aliquid moueri ex ſe: niſi in motu locali: i ceteris mutatiōib⁹ ē motor extrinſecus. i. mouens ⁊ motū i motu locali n̄ ſeiūgunt̃ loco ⁊ ſubiecto: nō reperit̃ aūt generatū ex ſe: alteratū ex ſe: ⁊ auctū ex ſe: q꞉ in his motibus ſemp motor ē extrinſec⁹. i. mouēs ⁊ motū loco ⁊ ſubiecto diſtinguunt̃: ab itelligētijs q̄ penitus inuariabilib⁹ mediante celo eterno aliter ⁊ aliter ſe habente pōt nouū in corporib⁹ ſublunarib⁹ puenire. 8. phyſicoꝝ. 15.

Amplius ait. cōſiliū aūt ſecūdū ē q̄ cum voluerit facē corpus neq꞉ generabile neq꞉ corruptibile: neq꞉ fecit ei ꝯtrariū: neq꞉ generauit ipſuꝫ ex ꝯtrario. ¶ Cōtra: Auer. dicit agēs producere rē ſue cōformē volūtati: g̃ ſi intēdit ꝑpetuare celū: ipm faciet icorruptibile ⁊ abſq꞉ ꝯtrarijs: g̃ celū ē factū g̃ ē nouū: oē. n. factū ē nouū. 2. phyſi. 25. 12. methaphy. 44. ¶ Solutio ē: celū ē ingenerabile ēt ſi ſit factū ab alio: q꞉ lꝫ celū ſit factū ab alio ſm Platoneꝫ ⁊ Aui. ē tn̄ ac ſi eēt nō factū ab illo: intētio. n. Ariſtote. pn̄ti lectiōe eſt oſtendere celū eſſe ingenerabile: ſiue ſit ex ſe: vt ipſe ſentit; ſiue ab alio: vt Plato voluit.

Iterum ait: ſi ſubſtantia materie eſt in potentia ⁊ fuerit aliqua materia cuius potentia nūquā exibit ad actū iſta potentia ē ocioſa ⁊ ſuperflua. Senſus ē: celum vnū ē ex intelligentia ⁊ orbe vnitate per eſſentiā carēs materia in potētia ⁊ formis contrarijs: ſi enim in celo eſſet materia in potentia nālis potentia materie eſſet fruſtra: quia nūquā materia celi exit ad actum inferioris forme: neq꞉ materia inferior ad actū exit forme ſuperioris: eſt ergo differentia inter materiaꝫ celi ⁊ mām ſubceleſtiū: q꞉ illa priuationi forme ſubſtantialis nō ſubicitur: hec ſemper priuationi ſubiecta eſt: primo phyſicorū. 81. quo ſit vt abſtractis formis a materia in potētia ipſa foret vna numero priuatiue: ſꝫ ſublatis formis a materia in actu ipſa ē vna numero ſimpliciter primo capitulo de ſubſtantia orbis. Cuꝫ igitur ſint due cauſe generationis ⁊ interitus: materia ſcilicet in potentia ⁊ contrarietas formarum: licet ſepe vna tantum explicetur: quia vna committatur alteram: ⁊ celum materia in potentia careat ⁊ contrarietate formarū perpetuo durabit tempore. Neq꞉ affirmari poteſt materiam celi ⁊ horum inferiorum eiuſdem eſſe rationis ⁊ materiam celi habere potentiam ad formaꝫ de nouo capeſcendam: ⁊ ſufficere materiam horum inferiorum eiuſdem rationis cum illa reduci ad actum nouum: quia licet poſſit impediri aptitudo ⁊ potentia ad determinatam formam: non tamen ad formam: ⁊ ita ſi materia celi haberet aptitudinem ⁊ potentiam ad formam: talem potentiā fruſtrari eterno tempore eſſet impoſſibile.

Digreſſio.

Contra propoſitionem approbatam induci ſolēt varie difficultates. In primis

pendet celum a deo in genere cauſe efficiẽtis: ⁊ om̃ne productũ eſt nouũ.12.methaphyſice.44.ergo antecedens eſt Auerrois.2.capitulo de ſubſtãtia orbis: celum inquit habet vnã virtutem non tantum mouentẽ ſed agentẽ ⁊ cõſeruantẽ: finis enim ſignificat agens ſignificationẽ neceſſaria ſicut motuz mouens: dependet celum finaliter a deo ergo ⁊ effectiue. ¶ Iterũ celũ eſt finitũ ergo nõ poterit perpetuo durare: quia in corpore finito non poteſt eſſe potentia infinita nec actiua: nec paſſiua.8.phyſicorũ.79. ¶ Amplius materia celi ⁊ horuz inferiorũ ſunt eiuſdem rationis. Tum quia: ſi eſſent alterius rationis: oporteret ꝙ mã eſſz cõpoſita ex eo.ſ.quod ẽ cõmune vtriq̃ materie: ⁊ ex eo quod facit diuerſitatem inter materias. Et in genere cauſe materialis non perueniendũ eſſet ad vnam primã cauſã in illo genere: Non poſſent quoq̃ tales materie diſtingui ſeipſis: quia actus eſt qui diſtinguit ⁊ ſeparat.7.methaphyſice.49.non per reſpect⁹ ⁊ habitudines ad formas. Tum quia: nullũ accidens eſt differentia conſtitutiua ſubſtantie: relatio autẽ eſt accidẽs ⁊ materia eſt ſubſtantia. Tum quia: illa habitudo eſt poſterior materia: cum ſit fundata in materia: ⁊ fundatũ eſt poſterius fundante. Neq̃ per formas ſeiungerentur ille materie: quia forme ſunt extrinſece ⁊ aliene a natura materierũ. ¶ Iterũ denſitas ⁊ raritas ſunt qualitates cõtrarie ⁊ celo attribuũtur: ergo celũ erit generabile ⁊ corruptibile. ¶ Preterea ſi cauſa eternitatis celi ſit q2 celo nihil cõtrariatur: cũ neq̃ ſubſtantie neq̃ figuris ⁊ relationib⁹ ſit aliqd cõtrariũ: hec nõ peribũt: neq̃ de nouo producentur.

Solutio eſt. Eſt quidẽ celũ ingñabile ⁊ corruptibile: hoc fundamento: q2 mã celi nõ eſt tranſmutabilis de vna forma in aliam formam: cum ſupra nullam formam inueniatur habere cauſalitatem: ⁊ rationes inductas ordinate ſoluendo.

Dico primo. Intelligẽtia nõ eſt agẽs celum proprie ſed tantũ ſimilitudinarie per modũ forme.4.celi primo agẽs proprie eſt qđ tranſmutat potentiã ad actũ: ⁊ quod ẽ principiũ vnde motus: ⁊ ita eſt cauſa diſtincta cõtra tria alia genera cauſarũ: agens ſimilitudinariũ eſt cã propter quã aliquid eſt tale vel tale: ⁊ hoc modo forma ⁊ finis dicitur agens reſpectu cuius eſt forma ⁊ finis: eſt nãq̃ intelligentia agens orbẽ: ſicut anima corpus: anima autẽ non agit proprie ſuum corpus ſed tantũ dicitur agere ipſum ſm diſpõib⁹ neceſſarijs: ⁊ illas ſibi largiri: facit ⁊ intelligẽtia hoc pacto orbẽ in diſpõibus neceſſarijs in inueniendo finẽ propter quẽ fuit: ſm.n.exigentiã proprij finis qui eſt motus largitur ſibi proprias diſpoſitiones: ⁊ hoc eſt illud agens quod dicit finẽ ſignificare ſignificatione neceſſaria: nõ pendet itaq̃ celũ a deo in genere cauſe efficientis: nihil enim abſurdius eſt ꝙ fateri celuz pductũ eẽ ab eterno a deo p ſimplicẽ emanationẽ: quia termini illius emanationis ſunt pugnantes adinuicẽ: ergo ſunt incõpoſſibiles pro eodẽ temporis momento: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ nõ eſſe producti cuiuſcũq̃ opus eſt vt antecedat eſſe producti tempore: queecũq̃ nãq̃ ſunt incõpoſſibilia pro eodem inſtanti durationis quod prius natura ineſt: ⁊ etiam prius duratione: ſed eſſe ⁊ nõn eſſe rei ſunt incõpoſſibilia pro eodem inſtanti ⁊ non eſſe eſt prius natura ergo erit prius tempore.

Dico ſecũdo. Potẽtia corpis finiti poſitiua finita ẽ: ſz potẽtia priuatiua ñ: potẽtia celi ad ñ corrũpi priuatiua ẽ pp defectũ cauſarum corruptionis: materie ſcilicet in potentia: ⁊ contrarietatis formarũ: ⁊ eſt potentia totius poſitiua maior ꝙ̃ potentia partis: priuatiua nequaquam. ¶ Unde conſiderandũ ẽ: corpus nãle eã ratiõe qua corpus finiti exiſtit vigoris: corpus conſtitutum ex materia in potentia ⁊ forma finiti eſt vigoris ⁊ finite durationis: ⁊ merito forme ⁊ merito mãe: eſt forma exiſtens in materia diuiſibilis ⁊ fatigabilis: ⁊ materia tranſmutabilis de vna forma in aliam formã: corpus celeſte vt celeſte: eſt finiti vigoris ⁊ infinite durationis: ratione orbis ⁊ intelligentie ex quib⁹ componitur celum: intelligentia non eſt fatigabilis: non eſt q̃ orbis ei ſubiectus variabilis de vna forma i aliam formam: que tamen ſit cauſa quare intelligentia virtus actiua celi non poteſt eſſe infinita in duratione ſi ſit in magnitudine: ⁊ infinita virtus in duratione paſſiua poteſt eſſe in magnitudine: difficile admodum eſt aſſignare. Dico tamen ꝙ virtus actiua ſi eſt in magnitudine eſt fatigabilis: ⁊ talis virtus in magnitudine actiua ſi eſt infinita in duratione ẽſt infiniti vigoris.3.capitulo de ſubſtantia orbis: habet enĩ virtus actiua ꝙ eſt fatigabilis ex hoc ꝙ eſt mobilis per accidens ⁊ diuiſibilis ad diuiſionẽ ſubiecti: quãdo enim virtus actiua mouetur per accidens: ipſa ẽ receptibilis ſeu terminatiua per ſe alicuius tranſmutationis: omnis enim virtus que poteſt ſuſcipere aliquã paſſionem que non competit ſibi per ſe: poteſt per ſe ſm naturam propriam terminare mutationem realem: ⁊ dico per ſe: propter potentiam paſſiuã celi eternam que ſemper ſuſcipit motum ab intelligentia: ſed hoc ſibi conuenit per ſe: propterea non alteratur: nec vexatur: ſed potentia motiua per accidẽs mota recipit motum qui vt ſic non conſentit ſibi per ſe: ideo virtus actiua in magnitudine opus eſt vt ſit fatigabilis. At virtus paſſiua celi poteſt eſſe i magnitudine non fatigabilis: ⁊ infinite durationis ſi vigoris: hz.n.orbis ſubiectus intelligẽtie ꝙ nõ eſt fatigabilis: quia ñ ẽ trãſmutabilis de vna forma in aliam formam.

Dico tertio. Materia celi ⁊ materia horũ inferiorũ ſunt alterius ⁊ alterius rationis: quia materia celi non eſt tranſmutabilis de vna forma in aliam formam: cum ſupra nullam formam habeat cauſalitatẽ aliquã: materia ſublunarium corporũ tranſmutabilis eſt de vna forma in aliam formam: cum habeat cauſalitatem ſupra formam ſubſtantialem: habeatq̃ naturalem potentiam ⁊ inclinationem ad capeſcendas formas: quam non habet orbis intelligentie ſubiectus: nomen materie vt materia eſt de numero quattuor cauſarum analogum eſt: primum analogatum eſt materia celi. Secũdũ eſt materia ſublunariũ: ⁊ vtriq̃ conſentiunt hec predicata: non eſſe per ſe formatũ: non eſſe aliquid per ſe in actu: eſſe id ex quo ſit aliquid: cum tn̄ eſt nãq̃ orbis itelligentie ſubiectus formatus ⁊ i actu per intelligentiã: ex quo ſit aliquid cũ inſit: quia celum eſt factum cũ conſtet ex tota ſua materia: primo celi.93. ⁊ hoc ẽ ꝙ dicebat Cõmẽtator.9.methaphyſice.17.hoc ꝙ corpus celeſte nõ denudatur a potẽtia i vbi ñ pbibet vt ſit materia: hec.n.eſt diſpoſitio materie: ſcilicet non denudari a potentia: ſed ꝓhibet vt ſit formata ſimi omnis materie ſubſiſtente per formas: nõ

mas: nõ omnes tamẽ forme ſuſtẽtãtur per materias: quia forma celi nõ ſuſtẽtatur per celum: ⁊ propterea formis materie ſecernũtur: licet enim forme ſint extrinſece ⁊ aliene a natura materierũ: cum non ſint earũ partes: propter tamen eſſe ⁊ perfectiones quas a formis capiunt exiſtentibus partibus compoſitorum quorũ ⁊ materie ſunt partes eſſentiales poſſunt cõmode materie formis diſtingui. Et ſi vos petatis: qualis eſt iſta diſtinctio materierũ per formas: an ꝑ accidentia: an per intrinſeca: vel quo modo. Dico ꝙ talis diſtinctio eſt per modum quo vnum correlatiuum ab alio ſeiungitur: vt patet a ſimili: quia habet peculiare correlatiuum. Diſtinguuntur etiã iſte materie ſeipſis: ⁊ actus eſt qui diſtinguit ⁊ ſeparat ſuppoſita quorũ non poteſt eſſe diſtinctio in eſſe ſuppoſitali niſi per aliquem actum. Et quemadmodum materie differunt ꝑ formas ita ⁊ per habitudines ad formas quas reſpiciũt: ⁊ talis diſtinctio eſt a priori: cũ ſint habitudines ⁊ reſpectus ad formas priores ſubiectis in quibus fundantur: fundans enim dũtaxat eſt prius fundato: qñ põt eſſe ſine fundato: cõſtat aũt materias ſine formis inueniri nõ poſſe: ergo neq̃ ſine reſpectibus ad formas: verũtñ forma celi eſt ſimpliciter prior orbe celeſti: forma exiſtẽs in mã altera parte corporũ ſubceleſtiũ eſt prior in genere cãe formalis: quã qdẽ mã eſt prior in genere cãe mãlis: ẽ nãq̃ mã cã forme ⁊ forma cã mãe. 2. phyſicorũ. 30.

Dico quarto. Raritas ⁊ dẽſitas celeſtis non cõtrariãtur q2 de rõe cõtriorũ eſt: ꝙ ſubiectũ ſtans ſub vno cõtrio poſſit ſtare ſub altero: modo illa pars celi que eſt denſior pars orbis nequit fieri rara: ⁊ ps rara denſior exiſtere non põt: iccirco raritas ⁊ dẽſitas celeſtis nõ opponunt.

Dico quinto. Subſtãtiis ꝑmanẽtes opponũtur ⁊ ꝓpterea perpetuo nõ durant. Vel ſubſtantiis aliquid poſitiue aduerſatur ratione diſpoſitionũ: ⁊ ita euidentiſſima eſt iſta ꝓpoſitio: celũ eſt ingenerabile ⁊ incorruptibile: cum nõ habeat mãm in potentia partes ſuis ⁊ intelligentiis nihil penitus aduerſetur.

Amplius ait: celum enim abſolute eſt ſola forma: intendit illud quod dixit intelligitur de celo inquantuꝫ celum eſt ſola forma: per ſenſum auteꝫ comprehenditur forma cum materia. Senſus eſt: apud Cōmentatoreꝫ celitas eſt forma partis ⁊ totius: Sanctus Thomas ⁊ Scot⁹ arbitrantur celitatem formam eſſe totius ⁊ non partis: Auerrois ſenſit formaꝫ partis totam eſſe rei eſſentiam. Alij materiaꝫ non vehiculum forme ſed partē fecerunt quidditatis: ideo apud Cōmentatoreꝫ qui dicit celum dicit formaꝫ partis ſm̄ eſſe vniuerſale: qui dicit hoc celum dicit formam partis ſm̄ eē reale. Per ſenſum autem comprehenditur forma cum materia: quia forma in ſenſu ducit ſenſum in cognitionem forme ⁊ materiei ſubiecte illi forme: forma enim ſubſtantialis per ſe cognoſcitur a virtute cogitatiua .2. de anima .65. cum quo ſtat ſubſtantiam non percipi a ſenſu inquātum ſenſus: nam ſenſus bruti nequaq̄ꝫ percipit ſubſtantiaꝫ.

Preterea ait: ⁊ contradictio eſt ꝙ forte hoc eſt poſſibile ſm̄ formam: impoſſibile ſm̄ materiam: cuꝫ poſſibile ſit ꝙ tota materia ſit incluſa in hac forma: ſi ergo impoſſibile eſt plures eſſe mundos: neceſſarium eſt opinari ꝙ materia eius incluſa eſt in forma. Senſus eſt: pluri ficatio mundi eſt impoſſibilis ſm̄ materiaꝫ: ⁊ eſt poſſibilis ſm̄ formam: totam enim materiam alicuius forme eſſe cōprehenſam ſub. A. forma eſt cauſa quare tantū vnū eſt indiuiduū ſub illa forma: ⁊ hanc ſententiam habet Cōmentator primo capite de ſubſtantia orbis: mūdus ⁊ celuꝫ totam eoꝝ materiā cōprehendunt: ⁊ incorruptibilis ſunt: ⁊ ē aūt poſſibilis celi multitudo non ſm̄ eſſe quod habet forma celi in re: ſed ſm̄ eſſe forme in intellectu ſimpliciter ⁊ abſolute ſumpte: quia etiam repugnat pluralitas forme in intellectu abſtracte a materia .i. forma ī quātū forma cōicabilis eſt: quatenus tamē habet ideꝫ eſſe in re ⁊ in aīa ⁊ vt. eſt vna p eſſentiam ſibi repugnat cōicari: forme eiꝫ multiplicabiles ſunt vniuerſales in predicando non in eſſendo.

Item ait: teſtatur huic ſermoni mūdos eē plures qui ponit in creatore mundi exemplar ſm̄ ꝙ fecit mundū: dicens enim exemplar eſſe cōtinget ei neceſſario dicere: vt mūdus habeat plura indiuidua. Senſus eſt: exemplaria ſunt ratiōes in deo quibus ipſe creaturas condidit: ⁊ apud multos ſunt ⁊ alia exemplaria idee Platonis: at quicquid ſit ſententia huius partis ſtat in hoc: ratio Ariſtotelis cōcludit plures aut plures poſſe mundos: ſiue cum vnitate exemplaris ſtet vnitas exemplati: ſiue multitudo: imo vnum exemplar pōt eſſe ratio producēdi multa exemplata.

Vlterius ait: cum enim fuerit declaratum predicatuꝫ ineſſe ſubiecto inductione: ⁊ ſuſtentatum fuerit hoc per cauſam eſſe predicati in ſubiecto erit magis ſufficiēs: hec autē cauſa eſt que dicitur: q: cauſa eſſendi plura īdiuidua ex his compoſitis eſt: quia res que componitur ex materia ⁊ forma non eſt inata habere hanc materiaꝫ ſolam. Senſus eſt: preſenti inductione fuerunt īducta omnia particularia potentia: non actu: ⁊ vnius ꝓpoſitionis inducte habemus notitiam ſufficientē: quādo poſt inductionem reddimus cauſam inherentie predicati ad ſubiectum: vnde iſta propoſitio: omnis coruus eſt niger: poteſt induci: ⁊ poſt inductionem ſermo eſt valde ſufficiens ſi reddatur cauſa inherētie predicati ad ſubiectum: ita fuit in propoſito: hec propoſitio: in compoſitis aut ſunt aut poſſunt eſſe plura indiuidua: inducta eſt: ⁊ eſt aſſignata cauſa: q̄ eſt: q: res que cōponiť ex mā̄ ⁊ forma nō eſt īnata habere hanc materiam ſolam.

Iterum ait: virtus imaginatiua valde iuuat ⁊ hoc enīꝫ poſſumus imaginari extra munduꝫ vacuitatem continentem ipſum: ⁊ ꝙ in illa vacuitate poſſibile eſt aliū mundum eſſe: ſicut ē diſpoſitio in omnibus īdiuiduis que ſunt huiuſmodi: q: ſi quodlibet eorum exiſtit in vacuo: ⁊ extra ipſum inuenitur aliud indiuiduum: aer enim non comprehenditur viſu: ⁊ hoc inducit plures dicere vacuum eſſe. Senſus eſt: nos poſſumus imaginari extra celum eſſe vacuū infinitum: ⁊ ꝙ in illo ſint act⁹ plures mūdi: veluti imaginamur plura corpora eſſe in aere: colligiť ergo ꝙ poſſibile eſt plures eē mūdos: imaginatio enim non eſt ex toto impoſſibilis: crediderunt enim antiqui vbi eſt aer ibi fore vacuum: q: aer nō terminat viſum. Et ſubiūgit Auerrois: exiſtimabant aūt loquentes noſtre legis vacuum eſſe intellectum primū .i. id quod primo a Deo cōprehendebatur: ⁊ eſt neceſſariū hoc dicenti ꝙ mundus fuit poſtq̄ꝫ non fuit .i. vacuū ſcilicet dicere eſſe. Senſus eſt: anteq̄ꝫ Deus cōderet mundū: erat vacuū: quia erat ſpatiū in quo non erat corpus: ſed poterat eſſe: generātes .n. mundū fateniť vacuū: q: mūdus generatur in loco: queriť an ille locus genereť: an non: ſi non: fuit ante mundi generationē: ⁊ nihil locabatur ergo vacuuꝫ: ſi generatur ergo in loco: ⁊ ita ibitur in infinitum.

Poſtremo Pro iunioribus ratio Ariſtotelis ⁊ Auerrois ita ordinanda eſt: omnium ſiue natura ſiue arte conſtantiuꝫ alia ratione res vniuerſaliter deſignatur: alia ratōe: particulariter. Celum eſt natura cōſtantiū: ergo alia ratione

tione eſt celum:alia:hoc celum:At quecunqꝫ ſenſibilia notione cōmuni deſignanſ:plura ſub ipſis continentur:ſumiqꝫ poſſunt ſingularia ergo ſub celo plura ſumi poterūt ſingularia ergo plures celi atqꝫ mūdi natura eſſe poterunt.

Auerrois 93.primo dicit: hec propoſitio eſt vera: forma cuiuſlibet eſt aliud a compoſito ex materia ⁊ forma:vnde declaratuʒ fuit ipſuʒ eē compoſitum ex materia ⁊ forma.i.licet cōpoſitum habeat eſſe per formā:tamē compoſitum non eſt forma:⁊ affirmabam annis ſuperioribus. 2. phyſicorū.12.cōpoſitum ⁊ formam equalis eſſe pfectionis:⁊ formam habere maiorem perfectionē ipſo compoſito:propter independentiam forme: pendet nanqʒ compoſitum a forma: non forma a compoſito.

Item ait:hec propoſitio eſt falſa:ex omni facto ex materia ⁊ forma inueniuntur plura indiuidua:aut eſt poſſibile:hoc enim non eſt veruʒ niſi in eo quod factum eſt ex quadam parte materie ei conuenientis:quod autem fit ex tota materia impoſſibile eſt reperire duo indiuidua in actu. Senſus eſt:quia omne factum eſt nouum: iſta propoſitio:celum eſt factum ex tota ſua materia ſignificat ꝙ celuʒ conſtat ex tota materia:itaqꝫ tota materia que poteſt ſtare ſub forma celi inuenitur actu ſtare ſub illa forma:non eniʒ materia celi eſt variabilis ď vna forma in aliam formam. Tandem ſententia Textus ⁊ Cōmenti ſtat in hoc:ſingulare ſenſibile eſt numerabile: quando non conſtat ex tota ſua materia ex qua nā poteſt conſtitui:at id non oportet in oībus: preſertum vbi ſenſibile ſingulare ex tota conſtat mā ex qua quidē cōſtitui natuʒ eſt.

Auerrois. 94.ait primo: ſi igitur poſuimꝰ ꝙ iſtuʒ formetur ex tota carne naſi ſimi vnus naſus ſimus: impoſſibile eſt alium hominem eſſe cuius naſus ſit ſimus. Similiter ſi materia hominis fuerit caro ⁊ os:⁊ poſuimus ꝙ nullum eius eſt niſi vnus homo tantuʒ: neceſſe eſt vt ille homo ſit ex tota carne ⁊ oſſibus. Senſus eſt:ſi intelligatur naſus curuus compoſitus ex omni carne ex qua natura conſtitui poteſt:tūc neqʒ eſſent neqʒ natura eſſe poſſent plures ſimi. Item ſi eſſet vnus homo compoſitus ex omni carne: oſſibus ⁊ neruis ex quibus poſſet homo natura conſtitui: he partes hominis eſſent indiſſolubiles: ⁊ non eſſent: neqʒ eſſe poſſent plures homines: vnde ex iſtis exemplis conuincitur vnitas mundi. cum materia mundi ſit tota concluſa ſub forma mundi: ⁊ ſi mundus eſſet pluſquam vnus procederetur in infinitum: immo eſſent iam actu infiniti mundi. Materia nanqʒ cauſa eſt multitudinis:⁊ etiam forma:alia tamē ⁊ alia ratione: non poſſent multi homines vno pane ſatiari: ⁊ ſi ſit multiplicabilis ⁊ diuiſibilis in partes: ſed multis multi vtiqʒ ſatiarentur: eſt itaqʒ forma quo indiuiduum eſt hoc: materia varias in portiones partita mediantibus dimenſionibus cauſa eſt multitudinis indiuiduorum ſub eadem ſpecie: ergo non eſſet neqʒ eſſe poſſet niſi vnus ſolus homo: ſi tota materia quieſceret ſub aīa humana que apta nata eſt ſtare ſub illa.

Rurſus ait:quoniā ſi fuerit plus vno erit pars alterius mundi:⁊ iſte alter mundus ſi eſſet plus vno eſſet pars alterius ⁊ ſic procederet in infinitum:aut inueniretur vnicus mundus numero ingenerabilis ⁊ incorruptibilis:quapꝑ contingit vt mundus ſit ingenerabilis ⁊ incorruptibilis: ⁊ ꝙ eius materia ſit cōcluſa in eo. Senſus eſt: ſi ſub vna ſpecie vnum tantum indiuiduū exiſtere poſſit:opus eſt vt ſit tota materia concluſa ſub tali forma: at ſi indiuidua ſint plura vel ſimul vel ſucceſſiue cauſa eſt: quia materia tota actu nō inuenitur ſtare ſub illa forma:verūtamen quia nō poteſt ſucceſſio indiuiduorum eſſe infinita:niſi ſit celum continens ea quod eſt cauſa generationis infinite:ideo opus eſt ꝙ indiuidua plurificabilia ſint partes alteriꝰ indiuidui.i.mūdi:ergo ſi mundus eſſet plurificabilis:exiſteret pars alterius mundi.

His dictis addo iſtam cōſequentiam: ſi plures eſſent mūdi: plura eſſent principia:ꝑ principia intelligendo primuʒ finem: primam formam: primum mouens: ⁊.12.methaphyſice.49. ſi plures eſſent celi:eorum eſſet principium ſpecie vnum:numero vero multa:⁊ hoc eſt incōueniens:quia numeralis multitudo ſub tali ſpecie pendet a materia:a qua quidem primuʒ principium abſtrahit: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ dicebam anno ſuperiori.3.de aīa.5.formas cauſatas a materia numerari ſub vna ſpecie: nō aūt nō cauſatas a materia.

Auerrois. 95.primo dicit:Et videtur ſi intellexerit per celuʒ in hoc ſermone totum mundum ꝙ ſit illud quod eſt in eo quaſi forma corpus neutrum: ⁊ ꝙ eſt in eo quaſi materia corpora grauia ⁊ leuia: corpus enim neutrum non habet materiam ex qua componitur: quoniaʒ ſi haberet:haberet contrariuʒ ⁊ eſſet generabile ⁊ corruptibile:⁊ in principio iſtius tractatus probauit ꝙ corpus neutruʒ caret ſubiecto ⁊ contrarietate. Senſus eſt:eſt celum quaſi forma: elementa quaſi materia:quia illud continet:hec continentur: continens autem ſemper habet rationem forme reſpectu cōtenti.4.celi.37. notanter autem dicit Auerrois quaſi: quia proprie corpus non eſt perfectio corporis:ſed forma vera eſt ⁊ intrinſeca compoſiti perfectio.2.de anima.26.Et cum hoc ꝙ celum careat materia ⁊ contrarietate ſtat celum componi ex intelligentia ⁊ orbe illi ſubiecto:eſt enim materia in actu pars celi eſſentialis ſeu pars deferens eſſentiam celi:non materia in potentia ad nouas formas ſubſtantiales capeſcendas.8.methaphyſice.4.12. methaphyſice.10. dicit autem materia in actu:quia nō eſt variabilis de vna forma in aliam formam: cum ſupra nullam formam cauſalitatem habeat:materia que eſt altera pars corporum ſubceleſtium dicitur materia in potentia:qꝛ eſt tranſmutabilis de vna forma in aliam formam.

Item ait: dum exponit textū Ariſtotelis: quoniam materie plurimorum indiuiduorum ſunt terminate quantitatis ſcilicet ꝙ neceſſe eſt vt ſit quantitas materie formis equalis naturalr quātitati materie Platonis:⁊ ſi fuerit exceſſus inter eas erit terminatꝰ:quoniā ſicut nō ex qualibet qualitate materie ſit qꝺlibet ens: ſic ē ď quātitate. Senſus ē:ſi ponaſ quideʒ alius mundus iſte non erit niſi ex medietate ſue materie: qꝛ equalitū in quātitate equalis eſt materia ſicut ⁊ duobus indiuiduis eiuſdem ſpeciei vna quantitas debetur materie in ſpecie ⁊ colligitur ex hoc loco dari minimuʒ ⁊ maximuʒ naturaliter diſpoſita:⁊ vnāquāqꝫ formam requirere diſpoſitiones qualitatiuas ⁊ quātitatiuas in materia pro ſui inductione ⁊ cōſeruatione.

Digreſſio Auerrois.

Sed habet. Digreſſio hec Auerrois tendit ad hoc vt declaretur celuꝫ componi ex intelligētia ⁊ orbe ſubiecto motui ⁊ luci viſum informantibus. Uerba auteꝫ Cōmentatoris ita interpretentur. Quia dixerat celum non habere materiam ex qua cōponatur: dubitat Auerrois vtrū res intellecta ex hoc corpore: idest forma celi ſubſtantialis ſit hoc ſenſatum: idest materia vel compoſitum: aut aliud: ſi primū: tunc res intellecta erit eadem cum re ſenſata: ⁊ hoc incōueniens: ſicut eniꝫ intellectus non eſt ſenſus: ita forma ſm idem eſſe non eſt ſenſibilis ⁊ intelligibilis: ſi ſecunduꝫ: tunc celuꝫ cōponeretur ex materia ⁊ forma: ⁊ haberet potentiam ad corruptionem: ⁊ huius queſtionis ſolutio ſtat in hoc: res intellecta eſt intelligentia: res ſenſata ē materia vel compoſituꝫ: ⁊ neutrum horum perficit ſenſum: quia ſunt ſenſata per accidens: eſt.n. ſubſtantia ſenſibilis per accidens.2. de aīa.65. ⁊ ita erit celum compoſituꝫ ex intelligentia ⁊ orbe ſubiecto motui ⁊ luci a viſu perceptus.

Item ait: dicamus ergo ꝙ iſta natura neutra ē non exiſtens per ſe in actu: ſed eſt materia corporis celeſtis que ē in actu. Senſus eſt: orbis ſubiectus intelligentie eſt natura neutra non exiſtēs per ſe in actu: cum ergo iſta natura exiſtat: per alterum exiſtet: ⁊ non niſi per intelligentiam: ergo intelligentia dabit eſſe celo: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ Auerrois ſcribit in ſecundo capitulo de ſubſtantia orbis: nulla eſt differentia in indigentia virtutis actiue in corpore ſiue ſimplici ſiue compoſito ſiue generato ſiue nō ⁊.8. phyſicorum.52. dicebat intelligentiaꝫ dare permanentiam eternam ⁊ figuram ⁊ quantitatem ⁊ magnitudinem ⁊ motum.2. de anima.27. dans vitaꝫ alicui dat illi eſſe: viuū.n. non habet eſſe ſm ꝙ viuum niſi per illud per quod viuit: conſtat aūt celuꝫ viuere intellectu: primo capite de ſubſtantia orbis: concludiť itaqꝫ celum conſtitui ineſſe per intelligentiā: primo phyſicoruꝫ.63. hinc panditur error dicentiū orbem nō exiſtere per ſe: qꝛ ſubijciť lumini ⁊ figure: nulluꝫ enim indiuiduum predicamenti ſubſtantie eſſet per ſe exiſtens.

Iterum ait: ſi igitur iſta materia non fuerit compoſita: non habebit formaꝫ ita vt ſit intellecta. Senſus eſt: iſta natura neutra que dicitur materia in actu cauſat animal celeſte in genere cauſe materialis: ⁊ ſi iſta materia non fuerit compoſita nō habebit formam partem eius: eſt.n. forma pars compoſiti non materie: neqꝫ erit intellecta per ſe intelligibiliū naqꝫ per ſe quedam ſunt actu de ſe intellecta: ⁊ ſunt forme vniuerſales in eſſendo: quedam ſunt potentia de ſe intellecta: ⁊ ſunt cōpoſita ⁊ forme cauſate a ſubiecto.

Rurſus ait: Sed eſt vna numero: indiuiduata per ſe. Senſus eſt: talis materia neutra eſt vna numero ſimpliciter: ſublatis ab ipſa intelligentijs per intellectum: ⁊ habet ꝙ eſt vna numero ſimpliciter: quia non eſt variabilis de vna forma in aliam formam: materia in potentia ablatis formis ē vna numero priuatiue.12. methaphyſice.14. ⁊ ratio eſt: quia talis materia tranſmutabilis eſt de vna forma in aliam formam: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ.5. capitulo de ſubſtantia orbis. ponitur materia celi medium inter materiam que eſt oīno in potentia ⁊ tres dimenſiones: ipſa enim non eſt ita potentialis velut materia in potentia: nec eſt ita actus ꝙ ſit forma: vn̄ talis materia ſubiecta intelligentie non eſt aliqđ habens formam ⁊ materiam: cum non ſit grauis nec leuis: ⁊ eſt indiuiduata p ſe: quia non eſt tranſmutabilis de vna forma in aliam formam: ⁊ huic ſententie fauet Auerrois.2. capite de ſubſtantia orbis: vbi loquens de orbe ſubiecto intelligentie dixit: eſt indiuiduum demonſtratum ⁊ ens demonſtratū ī actu: habens formam in actu: ⁊ ex his creditur cōmuniter hoc corpus eſſe formam non materiam: ⁊ ex intelligentia ⁊ orbe duobus exiſtentibus in actu non fieri vnum per eſſentiam: ⁊ ita intelligentiam non dare eſſe celo formaliter: quibus tamen non obſtantibus dicendum eſt hoc corpus nihil prohibere vt ſit materia: ſed impoſſibile eſt vt ſit forma.9. methaphyſice.17. Eſt ⁊ orbis ens demonſtratum ⁊ habēs figuram ab intelligentia ⁊ poteſt dici orbis indiuiduatus per ſe: quatenus non habet potentiam ad formam capeſcendam nouam ſubſtantialem: ⁊ iſto modo orbis non indiget anima dante ſibi permanētiam prohibendo eius corruptionem ⁊ remouendo eius aptitudinem ad formam: cuius quidem oppoſitum ſenſit Auicenna ⁊ Egidius romanus ⁊ cum hoc ſtat orbeꝫ non permanere per ſe: quia de ſe non habet exiſtentiam permanentem: imo indiget anima dante ſibi eſſe: ⁊ hac declaratiōe conciliant̄ multa loca Cōmentatoris.4. capitulo de ſubſtantia orbis ⁊.12. methaphyſice.41. in quibus vtriqꝫ locis aſſerit orbem permanere per ſe: ipſumqꝫ non permanere per ſe: ipſe itaqꝫ orbis veriſſimum eſt ſubiectū intelligentie ſupra quam nullam habet cauſalitateꝫ: ⁊ eſt in actu: quia non eſt variabilis de vna forma in aliam formam.

Preterea ait: ⁊ eſt intellecta in reſpectu ad aliud ſicut eſt de cōmuni materia ſcilicet. Senſus eſt: ſicut materia in potentia non intelligitur niſi per formam: primo phyſicorum.69. ita iſte homo non comprehendit materiam celi niſi per formam appropriatam celo: eam perfecte cognoſcit: quando eſt felix: imperfecte ante felicitatem: nō poteſt intelligentia licet ſit intellectio orbis orbem intelligere: cum nihil intelligentia intelligat quod non ſit intelligentia. cuius ratio eſt: nam intelligētia celeſtis non intelligit niſi intellectione per eſſentiam: que quidem non niſi intelligentia comprehenditur.

Ulterius ait: non operatur per corpus celeſte niſi inquantum eſt ſubiectū forme operationis intellectus: ſicut intelligitur materia inquantum eſt ſubiecta forme: tamē prima materia eſt in potentia: ⁊ iſta eſt in actu: ⁊ ideo in hac nulla potentia eſt que denudari poſſit a ſua forma ⁊ non habet niſi potentiam ad vbi. Senſus eſt: non operatur intelligentia cui actio principaliter demādatur: quia non curo modo an materia ſubiecta forme cogat: non operatur inquā intelligentia p corpus celeſte niſi inquātum eſt ſubiectum forme operationis intellectus: intelligo ſubiectum intellectui qui eſt forma operans: non poteſt naqꝫ intelligentia agere in hec inferiora corpora niſi mediante inſtrumēto corporeo.7. methaphyſice.31. mediat autem celum inter intelligentias que ſunt incorruptibiles non corpus: ⁊ corpora mortalia: quia celuꝫ eſt corpus incorruptibile: ſupra.22.8. phyſicorum.15.

eſt itaqꝫ

eſt itaq̧ celū cōpoſitum nō ex mā in potētia ⁊ forme
educta: ſꝫ ex intelligētia ⁊ orbe.

Digreſſio.

Contra multas propoſitiōes hec ſumma ap
probatas inducantur nōnulle ratio/
nes: primo dubitatur nunquid due terre eiuſdē ſpe
ciei neceſſario tendant ad eundem locum numero:
videtur ꝙ non: quia ſanguis ſortis tendit ad cor ſor
tis: ⁊ ſanguis Platonis ad cor Platonis: tamen ſunt
illi ſanguines eiuſdem rationis. Quare dico plura
indiuidua eiuſdem rationis tendere ad eundē locū
numero relicta ſue nāe ⁊ ſublata virtute attractiua.

Item dubitatur: qꝛ videntur poſſe eſſe plures
mundi: quia generabilia variantur ergo
⁊ mundus: patet conſequentia: quia variata parte
variatur ⁊ totum. Solutio eſt: quia celum eſt quaſi
forma ⁊ elementa quaſi materia mundi: ideo licet fi/
at variatio in parte materiali: quia tamen formale
idem remanet penitus inuariatum: idem mundus
numero eterno permanet tempore: veluti ⁊ viuētia
a principio vite vſq̧ in finem permanent eadem nō
obſtante quacūqꝫ variatione facta in materia. Qua/
re ſi plures eſſent mundi ſimilis ſpeciei ipſi eēnt fru
ſtra: ſi diſſimilis ſpeciei: nullus eorum comprehen/
deret totam naturam corporis ſenſibilis: ergo nul/
lus eorum exiſteret pfect⁹: ex vnitate itaq̧ primi fi/
nis: primi motoris: prime forme ſit ſtabilita vnitas
mūdi numeralis.

Iterum dubitatur: quia materia celi videtur
eſſe eiuſdem rationis cum materia
horum inferiorum: cum comparentur corpora cele/
ſtia ⁊ ſubceleſtia ſm quātitatē: ſol enim maior ē ter/
ra: luna minor: cōicant autem in materia que compa
rantur ſm quātitatem. 2. de generatōe. 37. ergo ma
teria celi erit tranſmutabilis de vna forma in aliam
formā: ergo tota materia que poteſt ſtare ſub forma
celi non erit concluſa ſub forma celi. Solutio eſt: cō/
parentur celum ⁊ inferiora in quantitate methema/
tice conſiderata: que vt ſic eiuſdem eſt ratiōis in om
nibus quantitatibus. Comparantur etiam celum ⁊
hec inferiora vt naturalia ſunt: que vt ſic exigūt idē
ſubiectuꝫ analogice ideꝫ non vniuoce: eſt enim no/
men materie nomen analogū ad materiā celi ⁊ hoꝝ
inferiorū: quare cum materia celi non ſit variabilis
de vna forma in aliam formā: ⁊ mā corporū ſubcele/
ſtium ſubiecta priuatōi ſit ꝯtinue tranſmutabilis de
vna forma i aliā formā: ē mā celi alteri⁹ rōnis a mate
ria horū inferiorum.

Rurſus dubitatur: nam ſi intelligentia daret
eſſe celo: corruptio in eo eſſet poſſi/
bilis ſicut quies: contra Cōmentatorem. 12. metha/
phyſice. 41. pro tanto enim inquit Auerrois non eſt
poſſibilis corruptio ſicut quies in celo: quia celuꝫ ſu
ſcipit motum ab intelligentia: ⁊ habet eſſe ex ſe non
ab intelligentia. Solutio eſt: ab intelligentia celum
quidem vendicat ſibi motuꝫ: cui quies priuatiue op
ponitur: priuatiue autem oppoſita poſſunt fieri cir/
ca idem: ſuſcipit autem celum eſſe ab intelligentia:
cui nihil penitus aduerſatur. Uel poteſt dici ꝙ celū
ſuſcipit motuꝫ ab intelligentia effectiue: non auteꝫ
ſuſcipit eſſe effectiue ſed formaliter. Hec itaqꝫ ſunt
que preſenti ſumma vobis aperienda propoſueraꝫ:
qua quideꝫ hec propoſitio eſt euidentiſſimis ratio/
nibus patefacta. Neq̧ ſunt: neqꝫ poſſunt eē plures
mundi: licet enim forme celi inquantum forma non
repugnat pluralitas: tamen forme celi inquantū for
ma celi ſibi repugnat multitudo.

Summa Nona Primi de celo.

T remanet. Intentio
Ariſto. pre
ſenti ſumma que eſt a Textu Cō
menti. 96. vſq̧ ad. 101. eſt decla/
rare iſtam propoſitionem eſſe ve
ram. Non eſt extra mūduꝫ neq̧
vacuū neqꝫ plenum: ideſt celum
in tertia ſignificatiōe ex omni cor
pore naturali ⁊ ſenſibili ⁊ tota ſua materia cōſtituit.
Sententia autem. 96. talis eſt: hoc nomen celum
poteſt eſſe inſtitutum ad ſignificandū ſupremaꝫ ſpe/
ram celeſtem: ceteros orbes ſuo ambitu complectē/
tem: que quidem perfectiſſima eſt de numero ſpera/
rum celeſtium: poteſt ⁊ li celuꝫ importare cōgeriem
corporuꝫ celeſtiuꝫ cōuexo ſupremi celi ⁊ celi lune cō
cauo cōtentorum. Item poteſt deſignare aggregatū
ex oībus corporibus celeſtibus ⁊ elementaribus cō
tentis cōuexo primi mobilis: ⁊ hoc modo celuꝫ: mū
dus ⁊ vniuerſuꝫ idem ſunt.

Auerrois primo dicit: intendit per corpus
totum neutruꝫ quod mouet ſm
motuꝫ motu diurno: hoc enim corpus eſt finis mot⁹
corporuꝫ naturalium motoꝝ ⁊ mobilium recte: ideſt
totum celuꝫ eſt corpus naturale in quo finit motus
corpoꝝ motoꝝ mobilium ad ſupius: ergo Auerrois
cōſentit huic ꝓpoſitioni: cōgregatū ex corporibus
celeſtib⁹ eſt corpus nāle: aut inquit intendit ⁊ ipſuꝫ
eſſe corpus nāle cuius motus eſt vltimus motus to
tius: motus. n. celi totius eſt vltimus oium aliorum
mobiliuꝫ que ſunt apud nos: tñ vere eſt primus mo/
tuum: ideſt primū mobile eſt corpus naturale qđ eſt
in vltimo motus totius.

Item ait: ſignuꝫ ꝙ celuꝫ dicit grece de corpore
vltimo qđ circulariter mouet eſt qꝛ ꝯſue
tudo grecoꝝ eſt dicere ꝙ in celo habitāt ſpiritualia.
Senſus eſt: ſubſtātia corporea eſt cōmenſuratiue in
loco: ⁊ rō ei eſſendi taliter in loco eſt quātitas: que ē
extrinſeca ⁊ aliena a rōne ſubſtātie: intelligētie vero
locant p earuꝫ operationis locationeꝫ. 8. phyſicoꝝ.
84. ⁊ alteri ⁊ alteri celo diſtributa eſt alia ⁊ alia in/
telligentia.

Iterum ait: orbis ſtellaruꝫ mobiliū. i. plane/
taruꝫ ⁊ fixarum: qm̄ hoc corpus eſt
cōtinuū. i. cōtiguū: cuꝫ fine motus oium partiū mū/
di que circulariter mouent: ⁊ ꝓpter hoc dixit conti
nuū cum orizonte totius mūdi vt ſol ⁊ luna. i. qđ eſt
continuū cum fine motus eorum que ſunt ſub eo ex
corporib⁹ celeſtib⁹ in quib⁹ ſunt ſol ⁊ planete. Sen/
ſus eſt: capitur celum ſepe numero pro cōgerie cor/
porum celeſtium cōuexo ſupremi celi ⁊ celi lune cō
cauo contentoꝝ. Cōmentuꝫ ergo preſens abſoluit
hac diſtinctione celum capitur pro orbibus ſtellaruꝫ
fixarum ⁊ erraticarū: ⁊ pro mūdo: ⁊ pro maxima ſpe
ra in qua quidē ſunt ſtelle fixe: que eſt primum mo/
bile in ſe: ſed quo ad nos vltimuꝫ: cui primi mobili
proprie demandatur motus diurnus: imo certū eſſe
debet tantum illum primo mobili cōuenire: ⁊ hec ē
cauſa ꝙ dicebat Auerrois. 12. methaphyſice. 44.
omnes intendunt motum diurnuꝫ qui eſt primi mo

toꝛis actioꝛ:alij enim motus pꝛopꝛij ſunt pꝑter illuꝫ motuꝫ:cuilibet nãqꝫ planete conuenit tantũ vnus motus qui eſt ab oꝛiente in occidenteꝫ per meridiẽ: vnde pꝛima intelligentia eſt oꝛo vniuerſalis in mente intelligentiaruꝫ ⁊ earum finis:cumſuis.n.motus celeſtis Deus eſt cauſa pꝛoductiuus: at motus diurni eſt imediatiſſima cauſa : remota vero motus planetarum:omniuꝫ autem motuũ celeſtium eſt cauſa finalis vltimata:motuũ planetaruꝫ pꝛopꝛie intelligẽtie ſunt efficientia pꝛopinqua: ⁊ fines non vltimati. Et 2.celi.42.71.pꝛimus oꝛbis mouet alios oꝛbes:nam pꝛima intelligentia eſt in medijs intelligentijs ſicut intellectum in intelligente : ⁊ pꝛopterea dicitur mũdus ligatus potentia ſpirituali diuiſa in ſui toto:qꝛ intellectus in partibus oꝛbis diuiſus eſt : ⁊ alteri ⁊ alteri oꝛbi alia ⁊ alia intelligentia diſtributa eſt ſꝫm eſſe reale:quibus demum omnibus pꝛima eſt vnita ſꝫm eſſe ſpirituale:induxi hec incidentaliter:ſatis tñ ad pꝛopoſitum:vt ſciretis pꝛimam intelligentiã planetis nõ poſſe vniri re ipſa.

Sententia. 97.celuꝫ ex omni coꝛpoꝛe materiali ⁊ ſenſibili eſt compoſitum:quia extra celum non eſt coꝛpus:neqꝫ ſimplex neqꝫ mixtum:quia coꝛpus ſiue ſimplex ſiue mixtuꝫ eſt naturaliter intra:extra eniꝫ celum non eſt coꝛpus naturaliter:quia tantum eſt vnus naturalis locus: neqꝫ violẽter:qꝛ nulli coꝛpoꝛi naturalis eſt ille locꝰ: ergo nulli eſt violentus: ergo mũdus cõplectitur oĩa coꝛpoꝛa naturalia ⁊ ſenſibilia.

Auerrois pꝛimo dicit:dicamꝰ ꝙ totus mũdus quod eſt totum continẽs oĩa coꝛpoꝛa naturalia quod continetur vltimo reruꝫ motarum quod eſt continens omnia que ſunt in eo eſt compoſitum ex omnibus coꝛpoꝛibus naturalibꝰ ſenſibilibus que ſunt materia eius. Senſus eſt:mũdus continetur conuexo ſupꝛemi mobilis. Sunt autem coꝛpoꝛa ſimplicia tria:graue ſcilicet leue ⁊ neutrum materia mũdi:quia talia coꝛpoꝛa ſunt materia reſpectu foꝛme mũdi:cum quo ſtat ꝙ celuꝫ ſit quaſi foꝛma ⁊ elementa quaſi materia:quia celum cõtinet:elementa vero cõtinentur.

Item ait : ſi enim extra celum eſt aliquod coꝛpus:aut compoſitum aut ſimplex:ſi ſimplex:aut in loco ei naturali aut accidentali:impoſſibile autem eſt inueniri coꝛpus ſimplex extra mundum:coꝛpus enim aut circulariter mouetur : aut recte:ſi moueatur motu ſimplici:ſi circulariter moueſt impoſſibile eſt vt ſit in alio loco accidentaliter:declaratum eſt enim ꝙ coꝛpus qꝺ circulariter mouetur impoſſibile eſt transferri a loco ſuo: cum impoſſibile eſt ipſum moueri violenter:celum enim cum nulluꝫ habeat contrarium eidem nihil pꝛeter naturaꝫ euenire poteſt : ⁊ iacuit ipſum eſſe impoſſibile illic naturaliter:quoniaꝫ ſi extra munduꝫ eſſet coꝛpus celeſte loco naturali abſqꝫ hoc:ꝯtingeret vt illic eſſet alius mundus extra hunc mundum: quoniam de neceſſitate eſſe coꝛpoꝛis celeſtis ẽ eſſe coꝛpoꝛis quieſcẽtis circa quod reuoluitur : ⁊ ex neceſſitate eſſe coꝛpoꝛis quieſcentis eſt pꝛincipaliter coꝛpus mobile eſſe:ſcilicet ignem:⁊ ex neceſſitate eſſendi extrema eſt medium eſſe:ſcilicet aerem ⁊ aquam. Senſus eſt:de oꝛdine naturali iſtius mundi eſt coꝛpoꝛa celeſtia moueri circa terram quieſcentẽ ſumme grauem: tunc ſic: inuenitur elementuꝫ ſumme graue ergo ⁊ ignis qui eſt ſumme leuis:ſunt elemẽta extrema ergo mediaꝛ maxima.n.eſt in rebꝰ nãlibus cõcathenatio : ⁊ quidem tanta ꝙ ſi non plueret periret mundus.2.phyſicoꝛum.77.

Iterum ait: ⁊ quia contentus eſt ex hoc qꝺ apparet eſſe impoſſibile ꝙ locus ſit naturalis alij coꝛpoꝛi ad pꝛopalandum pꝛopꝛia diuiſione iſtas duas partes oppoſitas ſicut nos fecimus ſcilicet ad dicendũ ꝙ ſi illic eſſet coꝛpus ſimplex rectum:aut illic eſſet naturale aut accidentale:quoniam poſito illis ipſum eſſe accidentale contingeret vt alteri eſſet naturale:⁊ ideo excuſatus fuit a pꝛopalatione iſtius diuiſionis. Senſus eſt:ſatis fuit Ariſtoteli pꝛobare ſi eſſet coꝛpus ſimplex extra celuꝫ ꝙ nõ eſſet ibi naturaliter: ⁊ pꝛopterea fuit excuſatus a poſitione illius diuiſionis ꝙ ſi ſit coꝛpus ſimplex extra celũ ſit accidẽtaliter vel nãliter.

Sentẽtia. 98.99.Extra celum nec naturaliter nec violenter locari poteſt coꝛpus ſimplex aut mixtum:quare extra celum non poteſt eſſe locus naturalis:quia nulli coꝛpoꝛi poteſt eſſe naturalis: non eſt autem natum eſſe locus vbi non eſt aptũ natũ eſſe coꝛpus quod loco cõtineatur: non enim locus ſine locato eſſe poteſt : neqꝫ vacuuꝫ ibi poteſt eſſe:quoniã ibi coꝛpus eſſe nõ põt:vacuũ nãqꝫ diffinitur:eſſe locus coꝛpoꝛe pꝛiuatus: natus coꝛpoꝛe repleri ⁊ in quo natũ eſt eſſe coꝛpus: at cuꝫ extra celum non ſit aptũ natũ eſſe coꝛpus: neqꝫ locꝰ ergo illic nõ eſt natum eſſe vacuũ. Neqꝫ etiam motus:quia ibi nec locus nec coꝛpus poteſt eẽ. Nec tẽpus:qꝛ motus extra celũ eſſe nequit:tẽpus aũt ẽ numerus motus.4.phyſicoꝛũ.101.quare cuꝫ meliꝰ ſit hẽre vnũ indiuiduũ perfectũ ꝙ̃ multa ĩperfecta:ideirco tm̃ erit vnus Deus ⁊ vnus mundus: ⁊ de facto ⁊ de poſſibili.

Auerrois. 98.dicit poſſibili poſito non ſequitur impoſſibile. Senſus eſt: poſſibili poſito ineſſe non colligitur impoſſibile: qꝛ pꝛopoſitio de ſenſu compoſito ⁊ illius dictũ nũquaꝫ repugnant:ſed ſepe eſt repugnantia inter pꝛopoſitionem diuiſam ⁊ dictum illiꝰ:vnde poſſibili ad imaginationem poſito ineſſe non debet ſequi impoſſibile ad imaginationem : ⁊ poſſibili ſꝫm naturam ineſſe poſito non debet colligi impoſſibile naturaliter.

Item 99.dicit:omnis eniꝫ motus eſt in loco. Contra:licet veriſſimum ſit omnia mota motibus eſſe in loco:non tamen vnuꝫ eſt omnes motus eſſe in loco:ratio eſt Auerrois pꝛimo de anima.38. Solutio eſt:mobile motu locali ⁊ eſſentialiter:ideſt per ſe ⁊ naturaliter mouetur: eſt enim nature pꝛincipium motus eius in quo eſt: at alterabile ⁊ augmentabile a mouentibus eſſentialiter mouentur:non naturaliter:quia alterans ⁊ augẽs ſemper ab alterato ⁊ aucto extrinſeca inueniuntur: illud ergo quod mouetur naturaliter mouetur localiter:ergo omnes motꝰ naturales ſunt in loco: ⁊ motus locales:ſolus enim motus localis ineſt naturaliter mobili ideſt pꝛopter ſe non pꝛopter aliud extrinſecum:exiſtit dico talis motus in re naturaliter ⁊ eſt neceſſario in loco : ⁊ hoc eſt quod dicit Auerrois.8.phyſicoꝛum.20. non inuenitur aliquid moueri ex ſe niſi in motu locali:in ceteris autem motibus eſt motoꝛ extrinſecus : his ergo conſtat extra celum neqꝫ natura neqꝫ pꝛeter naturam poſſe eſſe aliquod coꝛpus: nec locum : nec vacuum: nec tempus:nec

pus: nec motum. ¶ Contra: ſi in circumferentia ſu
premi celi quiſpiā exiſtens haberet poteſtatē extēdēdi manum: que quidem in aliquo ſpatio reciperetur: in quo corpus non exiſteret. Solutio eſt: caſus eſt impoſſibilis: ⁊ ex impoſſibili colligitur quodcunqꝫ: at ſi caſus admittatur: dicendum eſt ꝙ non poſſet manum extendere: quia non poſſet manus extra celū conſeruari: ⁊ dato ad imaginationem ꝙ conſeruaretur: non videtur ꝙ magis prohibitiuum ipſius motus ſit ipſum nihil ꝗ̄ vacuum: ſi autem animal eſſet in vacuo: poſſet vtiqꝫ moueri: ergo ⁊ illa manus extra celum moueri poſſet: vbi nihil eſſet. ¶ Itē hec conſequentia videtur valere: extra celum non eſt locus ergo extra celū eſt locus ſicut ⁊ iſta valet: ante tempus non eſt motus ergo ante tempus eſt tempus. Solutio communis eſt: ly extra ⁊ priuatiue ⁊ poſitiue capi poteſt: ly ante non ſumitur niſi poſitiue. Dicerem ego: ſi non eſſe precedens tempus eēt non eſſe ſimpliciter: tunc tempus eſſet impoſſibile: ⁊ ita nunꝗ̄ inciperet: ſi autē id non eſſe non ſit non eſſe ſimpliciter oportet ꝙ ſit in ſubiecto mutabili de non eſſe ad eē: ergo ante tēpus fuiſſet aliquod mutabile ab eſſe temporis in potentia ad eſſe temporis in actu: ⁊ omne tale aut tempore menſuraretur: aut tempori coexiſteret: ergo ante tempus extitiſſet tempus.

Sententia Textus Cōmenti.100. Que extra celum nata ſunt eſſe entia non ſunt in loco: neqꝫ in tempore: quia non trāſmutantur: loco: nec temporis fluxu conſeneſcunt: non ſunt alterabilia: non tranſmutabilia. Uita eorū eſt perpetua ⁊ perfectiſſima: Deus qui eſt primum ens eſt totus atqꝫ perfectus: eſt ſumma rerum perfectio: eſt diuinum: intranſmutabile: neceſſarium: ꝙ ſimpliciter non poſſit non eſſe: ſummum: eo quia nihil ſublimius: nihil melius nihil diuinius: inceſſabili motu ſemper regulariter mouet: quia ſemper ſe declarat ⁊ explicat vitam ſuam per motum ſuum: ipſum inſuper primū ens dictū eſt omnium rerū finis: cum ſit ad quod natura recurrant omnia: appellatur vniuſcuiuſqꝫ vite menſura atqꝫ duratio: ꝙ ſumma ſit eternitas: tēpus omne ⁊ durationis infinitatem vt ſumma perfectio continens. Demū ipſū dicitur eternū: ſemper ens ⁊ imortale: a quo quidē primo ente ceteris cōicatū eſt ⁊ eſſe ⁊ viuere: aliquibus quidē clarius: alijs vero obſcurius: ⁊ iſte conditiones pñt vt Auerrois exponit declarari ⁊ de primo orbe ⁊ de prima intelligentia.

Auerrois primo dicit: Neceſſe ē vt entia que ſunt illic non ſint in loco: neqꝫ in tempore: quapropter tempus non poteſt corrumpere ſcilicet quia non accidit eis tranſmutatio ⁊ corruptio accidens temporalibus. Senſus eſt: omne quod eſt in tempore exceditur a maiori tempore ꝗ̄ ſit ſua menſura adequata: ⁊ propterea nec celum nec intelligentia terminantur tempore: vnde.3.phyſicorum.30. vltimum generationis eſt principium corruptionis ideſt eſſe quod eſt terminus ad quem generationis eſt terminus a quo corruptionis: iccirco terminatiuum generationis eſt terminatiuum corruptionis: motus autem ⁊ tempus dicuntur cauſa generationis ⁊ corruptionis: quia applicant actiua paſſiuis. 2.de generatione.55.motus generat faciendo appropinquari generantē.i.ſolē: ⁊ veriſſima cauſa motionis viuentiū lꝫ attribuatur ipſi: eſt nihilominus diſproportio facta in primis qualitatibus: quibus quidem cum celum careat non eſt antiquabile ⁊ fatigabile: quia hec ſine alteratione fieri non poſſunt.9.metha-phyſice.17.

Item ait: mouens igitur eſt illic ſcilicet in conuexo ſpere: ⁊ hoc manifeſtum eſt ꝙ illud quod non eſt in materia non eſt in loco: neqꝫ trāſmutatur cum non ſit in tempore: manifeſtum eſt etiam ipſum orbem non eſſe in loco: omne enim quod eſt in loco continetur ſub corpore: ſed extra orbem non eſt corpus ergo non eſt in loco: ⁊ cetera. Senſus eſt: per primam cauſam poteſt intelligi omne genus intelligentiarum: cuilibet enim intelligentie competit non eſſe in materia ⁊ non eſſe in tempore: neqꝫ in loco: ⁊ primo mobili competit non contineri ab alio ⁊ non menſurari tempore. Planete quia carent materia in potentia non menſurantur tempore: ⁊ ſi contineantur hoc non eſt inquantū ſunt ſperica corpora: officium enim ſperici eſt continere: cui terminari ⁊ contineri accidit. Quare cum forme a ſubiecto cauſate ſint tote in toto: ⁊ partes in partibus: forme non educte ſunt tote in toto ⁊ tote in qualibet parte: erit ergo prima intelligentia per totum primum mobile diſſeminata: licet eius operatio maior ſit in conuexo quantum ad motum localem: quia maiorem circulum deſcribit circumferentia ꝗ̄ cetere particule celi. Et eſt attentione dignum. Que ſunt locabilia per operationem non oportet eſſe mobilia neqꝫ per ſe: neqꝫ per accidens: ⁊ ꝗ̄uis intelligentie poſſint locari per operationem: non tamen moueri: nam motu denotatur fluxibilitas que intelligentijs minime conſentit. Sunt quidem intelligentie nulli penitus ſubiecte tranſmutationi. Celum ad quod ſtat mobilium rectorū reſolutio tantū mouetur localiter: ⁊ viuit orbis per vitā que extra orbem exiſtit: ſi intelligentia ſit extra celū: quod ideo dicitur: quia intelligentia eſt intrinſeca celo ⁊ ſeparata a celo. Eſt act᷒ celi: ⁊ non eſt actus celi: cū informet orbē ⁊ nō cauſetur ab eo.

Iterum ait: ſm hunc mundū recte nominamus eſſe celi continens tēporis ſeculū celi: per finem autem ⁊ orizonta intendit vltimitatem rei prior: ⁊ cetera. Senſus eſt: ſeculū ⁊ eternitas eſt durans motus celi non menſuratū tempore: quia tempus non excellit motum celi. Uel coexiſtentia celi ad motū celi ⁊ tempus dicitur ſeculū. Et.4.phyſicorum.117.dicitur: corpora celeſtia licet non ſint in tempore ſꝫ ꝙ tempus non continet illa: tamen ſunt coexiſtentia cum tempore ſcilicet ꝙ eſſe eorum quod eſt in motu eſt coexiſtens cum eſſe temporis: coexiſtentia quantitatis cum quantitate: res autem ſeparate non habent continentiam ⁊ neqꝫ coexiſtentiam: ⁊ nullo modo ſunt in tempore: quia non ſunt quante: quapropter non menſurantur tempore: non continentur a tempore: non patiuntur a tempore: non ſunt coexiſtentia tempori. ¶ Eſt obſeruandum ꝙ cum ſint tres menſure: eternitas ſcilicet Euum ⁊ tempus: de prima ⁊ ſecunda parum loquuti ſunt peripatetici: ideo de his menſuris noſtri Theologi tractantes has induxerunt propoſitiones. Prima eſt: eternitas eſt menſura carens principio ⁊ fine: ⁊ indiuiſibilis ⁊ immutabilis vite increate pfecte pfectiōe vltima: ⁊ ita hꝫ eternitas ꝯparationē ad alias mēſuras: tāꝗ̄ mēſura excellēs.i.ad

euum ⁊ ad tempus: excellit euum ſm principium ⁊ tempus ſm principiū ⁊ finem: quare licet ſm rem eternitas nihil aliud ſit q̃ Deus: ſm ratione tamen cōmunior eſt eternitas q̃ Deus: quia in diffinitione eternitatis cadit ratio menſure: gratia cuius habz comparationez ad alia q̃ ad Deū. ¶ Secūda propoſitio eſt: ſunt qui exiſtimant euum eſſe menſuram rerum permanentiū. Alij dicunt euuz ſpatiū eē eorum quorū eſſe ſtabile eſt ſed tamen vices habent in potentijs: vnde cuz eternitas ſit mora ⁊ ſpatium permanentis vno modo per omnez moduz: ⁊ ea que ab illo deriuātur: deficiūt ab illius perfectione: propter diſtare a primo: opus eſt vt aliquid potēne eis permiſceatur: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ Albertus dicebat in ſumma de homine: ſub eternitate eſt mora eui ⁊ ſub euo eſt mora temporis propter plus ⁊ plus diſtare a primo: quemadmoduz euiternuz eſt ſub eterno: ⁊ temporale ſub euiterno. ¶ Tertia propoſitio eſt: de tempore hec approbentur. Eſt tēpus numerus motus ſm prius ⁊ poſterius: eſt ⁊ partim a natura: partim ab anima: ipſius eſt idem nunc ſm ſubſtantiam: variatum tamen ſm eſſe. Eſt ⁊ tempus non motus ſed paſſio primi motus. Eſt ⁊ quantitas cōtinua cuius partes ad inſtans copulantur. Eſt ⁊ magis cauſa corruptionis q̃ generationis. Eſt ⁊ vnuz tēpus reſpectu omniū temporaliū: ⁊ hec de mēſuris dicta ſufficiant.

Ruſſus ait: ⁊ poteſt intelligi ꝙ neceſſe ē ſpirituale nō tranſmutari neqz alterari: quia eſt cauſa cauſaruz: ⁊ de hoc ſermone poſſumus intelligere primam cauſam ⁊ poſſumus intelligere orbem: ⁊c̃. Senſus eſt: ſpirituali non accidit trāſmutatio: ⁊ cuz omnis intellectus ſit ſpiritualis ⁊ omne celum ſit ſpirituale: quia abſtractuz a materia in potentia: hec non erunt tranſmutabilia .i. corruptibilia ⁊ datur hec expoſitio: quia celuz eſt mobile motu locali: ⁊ trāſmutatio non accidit niſi propter corporeitatem: ideſt propter formas terminantes generationem ⁊ corruptionē cauſatas a corpore: ⁊ pauloſt ſubiungit Cōmentator alterans oportere eſſe corpus mobile neceſſario: quia inſtrumentum intelligētiarum peculiare alterationem non recipit: ſed bene motuz localē: intelligētia primū mouens localē: neq̃ q̃ primū alterans dici poteſt.

Preterea ait: dignū eſt hoc corpꝰ hēre eternuz motuz: quia corpora quieſcētia non mouentur niſi cuz fuerint extra ſuum locum naturalem: ⁊ quieſcunt cum perueniunt ad ipſum: ⁊c̃. Senſus eſt: non eſt maior ratio ꝙ quieſcat ſtella in vna parte celi q̃ in alia ergo cōtinue mouebitur celum eſt enim mobile continue in principio ⁊ fine motus: quoniā idez punctus eſt principiuz ⁊ finis: et etiam mutatuz eſſe: ⁊ non habet celuz niſi vnuz locum in quo mouetur. Differunt eniz circulariter mota a recte motis: quia horum locus eſt terminus in quem non exiſtens mobile fertur: quādo non impeditur: at locus celi eſt in quo mouetur celum: non autem ad quem mouetur. Neqz eſt contradictio in dictis Cōmentatoris modo dicentis celi eſſe tantuz vnum locum ⁊ infinita loca: quia arbitratur celum moueri non ſm materiā: cum non mutet locuz: ſed moueri ſm formam: quia mouetur circa centrum: ⁊ circuli itaqz imaginati in terra ſunt loca formalia celi: ⁊ centrum mundi eſt locus materialis celi. Unde obſeruande ſunt iſte propoſitiones. Prima eſt: locus celi ille eſt qui ab ipſo variatur mediante motu circulari. Secunda eſt: ſpere celeſtes transferuntur de ſuperfitie in ſuperfitiem complete ſpericam. Tertia eſt: ſpera celeſtis variatur de certa ſuperfitie completa ad indeterminatam: deſcribentur eniz tot circuli ſm formam: quot puncta fuerimus imaginati in conuexo vel concauo celi. Quarta eſt: complete ſuperfities ſperice ad partes terre ſm omnes ſuas partes talez reſpectum habentes loca celi ſm formā eſſe dicuntur: ⁊ qualem aſpectuz ponimus inter ſpericam ſuperfitiem ⁊ terram: talem fatemur inter celum ⁊ terram. Quinta eſt: ſpera celeſtis circulariter mota locum ſm totuz per ſe continue variat: eo quia aſpectum ad terram ſm totum mutare dicitur: ⁊ partes integrales celi variant locum ſm formam per accidens: mutant locum ſm materiā per ſe: hec de loco celi.

Poſtremo ait: ⁊ debes ſcire ꝙ hoc quod dixit de cauſa eternitatis motꝰ eius non eſt cauſa completa: quoniam ſi ita eſſet: in corpore finito inueniretur virtus infinita: ſed eſt cauſa ſm neceſſitatem materie iſtius corporis: ſcilicet q: neceſſarium eſt vt hoc corpus moueatur ſemper: neceſſarium eſt vt materia eius ſit huiuſmodi: ſcilicet vt ſuus locus ſit vnicus: iſta eſt conſequentia propoſita: cauſa completa eternitatis motus eſt orbis ſubiectus intelligentie ergo in ipſo eſt virtus infinita in vigore: extenſa ad extenſionez ſubiecti: quia virtꝰ in corpore ſi mouet eterno tempore eſt infiniti vigoris ſupra .65. ⁊ etiam mouet in inſtanti. Iterum propoſuit hanc ſequelam: ſi motus celi non eſſet eternus: eſſet violentus: que conditionalis tenet: quia ſi talis motus non eſt eternus: eſt quia celom inclinatur ad motum diuerſum a motu circulari ⁊ ita motu circulari mouebitur violenter .2. celi .71. ſi potentia moti celeſtis addit aliquid ſupra potentiam motoris: motus celeſtis eſſet violentus: quia ille motus eſſet tantum ſm naturam mouentis ⁊ contra inclinationez mobilis: motus progreſſiuus animalis ē ⁊ ab anima ⁊ corpore .i. non eſt ab anima tantuz. Ruſſus: ſi mouens celum non eſſet non in materia oporteret vt quieſceret violenter .i. contingeret ei labor neceſſario: ⁊ hec conſequentia tenet: quia agenti materiali aliquando contra agitur poſitiue: cum ergo non detur agēs q̃ tantuum ⁊ intendens ſolum priuare: propterea non datur agens quietatiuuz celi: ſed intelligentia ſimpliciter inuariabilis perpetuat motum. Hec ſunt que circa nonam ſummaz declaranda erant: qua quidem hec propoſitio patefacta eſt. Extra celum nec eſt vacuum: nec plenū. De eternitate mundi ſequētī ſūma loquemur.

¶ Sūma Decima Primi de celo.

Tcum declaraui

mus. Preſenti ſumma que eſt a Textu Commenti .101. vſqz ad 140. intendit Ariſtoteles oſtēdere mundum non eſſe generabilez ⁊ corruptibilem: neqz ex ſe: neqz ex alio. Sententia .101. conueniens eſt inquirendo an mundus ſit genitus opiniões antiquoꝝ in mediū afferre. Tuz quia contrarie dubitantiuz opiniones cauſe ſunt vt ſint ꝯtrarioꝝ dictoꝝ manifeſtatiōes

manifeſtationes. Tum quia reprobatis antiquorū ſententijs determinatio Ariſtotelis credibilior ⁊ veritati conformior eſſe videbitur: oportet quoqꝫ veritatis inquiſitores neqꝫ odio neqꝫ emulatione aliorū dicta carpere ſi rectum de re propoſita iudicium ferri velint.

Auerrois dicit: ⁊ ideo contrarium manifeſtius erit: cum adiunctum fuerit alij cōtrario ſuo: ⁊ maxime cum ante fuerit auditum vilius contrariū anteqꝫ nobilius. Senſus eſt: cōtraria poſita iuxta inuicem magis eluceſcūt. Cōtra: nō poteſt ſenſus duo ita perfecte ſentire ſicut vnum. Solutio eſt: forte tunc deciperetur ſenſus in iudicādo magis album illud ⁊ illud magis nigrum: vel cognitione diſtinctiua perfectius ſentiuntur ſenſatione cōmuni qꝫ propria: ⁊ eſt conſiderandum ꝙ anima nō ita perfecte attendit ad duo ſicut ad vnum: ideo licet ſpecies poſſent eſſe in ſenſu perfecte: tamē ſenſus nō poſſet bene ⁊ cōmode attendere ad ea que ꝑ illas ſpecies repreſentantur. Uerum quia in principio lectionum affirmaui differentiam inter ſextam ⁊ decimā ſummam eſſe talem: ꝙ in ſexta probabatur celum nō recipere corruptionē: neqꝫ generationē: ex quo nō colligebatur ipſum non eſſe corruptibile: quia nō deſunt qui putent celum eſſe corruptibile: ipſum tamen perpetuari a Deo: at decima ſumma cōuincitur celū nō eſſe corruptibile: neqꝫ generabile. Cōtra: dicit Auerrois in pricipio Cōmenti. 101. oportet ponere queſtionē per ſe vtrum mundus ſit generatus: aut nō: quāuis determinatum ſit ex predictis: ſed tamen volumus vt ſermo ſit perfectior ꝺ hoc ponere queſtiōem per ſe: ergo Ariſtoteles reddit in decima ſumma ad determinādum id quod in ſexta determinauit. Solutio eſt: intentio Ariſtotelis ſexta ſumma eſt oſtendere celū eē vtiqꝫ ingenerabile: ſiue ſit īgenerabile ex ſe: vt Ariſtoteles ſentit: ſiue ſit ingenerabile ab alio: vt Plato voluit: ⁊ celū nāqꝫ erat ingenerabile: ēt ſi erat factū ab alio: qꝛ licet celum eſſet factum ab alio ſm̄ Platonē ⁊ Auicēnam: erat tamē ac ſi fuiſſet nō factum ab illo: ſed preſenti ſumma quā premanibus exponēdā habemus intendit Ariſtoteles celū eē ſimpliciter ingenerabile ⁊ nullatenus genitū ⁊ factum: neqꝫ denuo: neqꝫ ab eterno: apud. n. Peripateticos ſi debeat aliquid eē generatū requirit ꝙ nō eē generati precedat eē generati tpe: non nā tantum.

Sententia. 102. Uarie de mundi origine adducūtur opiniones. Prima eſt dicētiū qdem mūdū eſſe genitū: ſed poſtea incorruptibilē futurū. Secūda eſt aſſeuerātiū mūdū factū ⁊ tandē interitur. Tertia eſt Empedoclis dicētis mundū alternans vicib⁹ ad ortū duci ⁊ corrūpi: ⁊ has generatōis ⁊ corruptōis alternatōes ſemp futuras eſſe.

Auerrois primo dicit: opiniones de mūdo ſunt quattuor: aut credere ipſum nō generabilem ⁊ nō corruptibilē: ⁊ hec eſt opinio Ariſto. rō eſt: qꝛ ex quo mūdus eſt etern⁹: nō pōt eē gnābilis ⁊ corruptibilis. 2. phyſicorū. 25. mā qꝛ eſt eterna nō eſt facta. Aut credere ipſū eē gnābilem ⁊ corruptibilē: ⁊ hec eſt opīo Anaxagore ī phyſicis: ⁊ hāc ſuſtinēt tres leges q̄ ſunt m̄ō note. ſ. maurorum ⁊ chriſtianorū ⁊ iudeorum. Contra: primo phyſicorum. 32. dicitur Anaxagoram mūdum aſſeruiſſe eternum. Solutio vera eſt: mundus apud Anaxagoram eternus erat ratione materie infinite a chaos ſegregande: generabilis vero erat ⁊ corruptibilis merito intelligentie ſegregationem complere intendentis: ideo damnatur Anaxagoras ꝙ putauerit intellectū intendere ꝯplementū ſegregationis: qꝺ tamē expedire nō valeret: nō ita eſt de motore celi apud Peripateticos.

Item ait: quarta vero eſt credere non generabilem ſed corruptibilem: ſed hoc nullus dicebat inquantum ſcimus niſi loquentes noſtre legis qꝛ: huius ſit hoc tantum vnum extra naturā. Cōtra: hec pugnare adſeinuicem videntur: tres leges ſuſtinent mundum generabilem ⁊ corruptibilem: ⁊ loquentes noſtre legis credunt mundum non generabilem ſed corruptibilem. Solutio eſt: loquentes ſue legis erāt bipartiti: iuxta illas duas opiniones: aliqui faciebāt mundum generabilem ſed non corruptibilem: ⁊ alij corruptibilem ſed non generabilem. Iterum: ita bene videtur eſſe extra naturam dicere mundum genitum non corruptibilem: veluti dicere mundum ingenerabilem ſed corruptibilem: cū iſta dicta repugnēt huic propoſitioni. Eternum a parte ante eſt eternū a parte poſt: ⁊ econuerſo. Solutio eſt: prima opinio imitatur ordinem nature: qui eſt procedere ab īperfecto ad pfectū: quē qdē naturaliſſimū ordinē non pōt ſaluare ſecūda opinio.

Iterum ait: nō debemus credere aliquid habere aliquam diſpoſitionem donec inueniatur in maiori parte illius rei aut in omnib⁹. Senſus eſt. Propoſitio vniuerſalis quando eſt manifeſta quo ad plures ſingulares ⁊ ſenſus in nullo percipit inſtantiam: nec intellectus habet rationem inſtandi: eſt illa propoſitio certiſſima ⁊ omni ex parte approbanda.

Sententia. 103. Contra primam opinionē īducitur hec ratio. Uel partes mundum conſtituentes nō potuerunt aliter ſe habere: vel potuerunt aliquando aliter ſe habere: ſi primum: ergo partes mundi ſunt intranſmutabiles: ergo nec mundus eſt genitus: ſi ſecundum: ergo in futurum poterunt eedem partes etiā aliter ſe habere: non eſt. n. maior ratio quare in preterito potuerit aliter ſe habere potius qꝫ in futuro: cum ſemꝑ partes eedem inueniantur.

Auerrois primo dicit: res carentes potentia tranſmutationis ⁊ alterationis impoſſibile eſt vt tranſmutentur in aliqua hora: quoniam ſi ita eſſet: tunc alteratio eſſet cauſa ſuiipſius. i. eſſet alteratio ſine poſſibilitate. Senſus eſt: ad quamuis mutationem tria exiguntur: ſubiectum: diſpoſitio antiqua quam ſubiectū deponit: ⁊ diſpoſitio noua quā ſubiectum acquirit: iccirco ſi aliquid eſt genitum: materia illius tranſiuit a non eſſe illius ad eſſe illius: ergo eſt contrarietas in formis ergo illud genitum eſt corruptibile: ⁊ procedunt hec dicta Commentatoris ac ſi nihil per creationem eſſet poſſibile: materia nanqꝫ ſublata aufertur natura poſſibilitatis: primo phyſicorum. 60. nullam enī mutationem ad ſubſtantiam poſuerunt Peripatetici niſi generationem: cui ſubiectum aſſignauerunt materiam primā: primo de generatiōe. 23. generationem. n. vnius dixerunt eſſe alterius corruptionem: primo de generatione. 17. inalterabile itaqꝫ ſi alteraretur eſſet alteratio ſine ſubiecto: ⁊ idem exiſteret cauſa ſuiipſius: ratio eſt: nam ſi res carentes potentia tranſmutatio-

videſ q̄ ſic: nam graue ſurſuz pergit violenter ſz mo
tui violento correſpondet quies violenta: ſicut mo
tui naturali quies naturalis. 5. phyſicorū. 64. ḡ gra
ue ſurſuz violenter queſcet: ex altera pte videt q̄ nō:
naz ſi graue queſceret ſurſuz violenter: hoc eſſet: quia
appeteret eſſe deorſuz. Contra: ergo mā pria cū appe
tat formā contrariā illi quā habet: violēter queſceret
ſub forma ipſaz perficiente. Solutio eſt: qeſcit quidez
graue ſurſu violēter: cū deſideret locū vnū determinatū
oppoſitū loco ſupiori: mā autē pria quieſcit naliter
ſub quauis forma: cuz quodcūqz genus forme natu
raliter peroptet.

Snia. 86. hec propoſitio: elementa oia habent
loca determinata ⁊ ſuperius ⁊ inferius
vltra que nō mouenſ naliter vera eſt: hoc fundamen
to: q2 ois motus eſt de ꝯtrario in cōtrariū: oia cōtraria
ſunt finita: ergo elementa non mouenſ in infinituz:
ſunt eniz termini cuiuſcūqz mutationis oppoſiti ⁊ pu
gnātes adinuicez.

Auerrois primo dicit. Terra ⁊ ignis moue
tur ad loca determinata: ⁊ simili
ter aer ⁊ aqua: ⁊ nullū hoꝝ moueſ in infinitū. Sen
ſus eſt: elemēta oia hñt loca determinata ⁊ ſupius ⁊
inferius vltra que non mouentur naturaliter: vnde
annihilato p poſſibile celo ignis nō tranſiret locū in
quo nūc eſt: ⁊ poſita terra pforata ſm dyametrū trā
ſeuntem p centrum terre: lapis deſcendēs nō deſcē
deret niſi vſqz ad centrū naturaliter: verū non par
ua eſt in dictis Cōmentatoris pugnātia. 4. celi. 39.
vult aquā deſcendere ad locuz terre ſublata terra ex
inclinatione grauitatis ⁊ nō ex neceſſitate vacui. Cō
tra: ipſius aque eſt locus determinatus a natura ⁊ ē
vltima ſupficies terre ergo nō moueſ aqua merito
ſue grauitatis annihilata terra p poſſibile ad occupā
dum locū terre. Itez exiſteret aqua ſimplr grauis ſi
ex inclinatōe proprie grauitatis tēderet ad centruz.
Solutio ē: aqua q2 facili⁹ recipit ineptū deorſuz q̄
ſurſuz ideo facilius deſcēdit ad locū terre remota ter
ra q̄ ad locū aeris ſublato aere.

Item ait: vnuſquiſqz iſtorū motuū habet finez
terminatū ⁊ eſt ex cōtrario in contrariuz
tranſmutatio in qualitate eſt ex ſanitate in īfirmitatē
cuius motus ſanitas erit terminus a quo: ⁊ egritudo
terminus ad quē: ⁊ in quātitate: ex paruo in magnū
⁊ econuerſo: ⁊ q2 inuenire cōtrarietatē in motu loca
li eſt magis occultū q̄ in alteratione dedit exemplū
in motu alteratōis vt videat cōſiderans q̄ ita debet
eſſe in motu locali. Senſus eſt: omnis quidem motus
a cōtrario tendit in cōtrarium: ⁊ propterea in locis
inueniſ cōtrarietas: ſunt nāqz cōtraria in loco inter
que eſt maxima diſtantia recta ⁊ iſta ſunt ſuperius
⁊ inferius ſimpliciter: ſm quoqz alias poſitiōis dif
ferentias poteſt eſſe cōtrarietas: cum celebreſ mot⁹
localis ad latus inter dextrum ⁊ ſiniſtruz: ⁊ inter an
te ⁊ retro: eſt aūt magis occulta cōtrarietas in mo
tu locali q̄ in ceteris motibus: nam locus loco ad
uerſari nō videſ: ſicut conſtat qualitatez qualitati cō
trariā: ⁊ lz quantitas non ꝯtrarietur quantitati: tamē
vt minor ex maiori habet oppoſitum moduz eſſendi
⁊ imperfectiorē q̄ maior ex minori: ſaluaſ in q̄titate
motus ꝯtrietas: i augmēto ſilr ⁊ alteratōe inueniſ
eadē forma a pricipio mot⁹ vſqz in finē: at in motu
locali ꝯtinue eſt aliud ⁊ aliud vbi: ꝯtinuitas aūt aut
cōtiguitas magnitudinis rei mote ⁊ ſpatij ſupra qd
ſit mot⁹: ⁊ vnitas tpis facient motū localē cōtinuuz.

Rurſus ait: ⁊ vniuerſaliter neceſſe eſt i omni
tranſmutatiōe vt a quo ē ſit diuerſuz
ab eo ad qd eſt: niſi tranſmutatio ſit ocioſa: ⁊ manife
ſtuz eſt ex ſanitate ⁊ ſibi ſimilibus q̄ nō tranſmutanſ
ad quācunqz tranſmutationē tranſmutans voluerit:
vt in habentibus animā ſed ad finez naturalez. Sen
ſus eſt: in omni tranſmutatiōe terminus a quo diuer
ſus eſt a termino ad quē: niſi tranſmutatio ſit ocioſa:
⁊ nō pōt eſſe motus eternus qui eſt a quoddā i quod
daz ratione ⁊ re diſtinctuz: ſed bene motus celi qui ē
a quoddaz in quoddā ratione tantū diſtinctuz etern⁹
exiſtit. Itez differentia eſt inter animata ⁊ inaīata il
la mouentur verſus oēs differentias poſitionis: hec
tendunt in certa determinata q̄z loca: forma nāqz que
eſt anima mouet perfectibile propriū ſurſuz: deorſuz:
ante: retro: dextrorſuz ⁊ ſiniſtrorſum: at forma que eſt
non anima duntaxat mouet ſm vnam poſitionis dif
ferentiam: his ergo euidentiſſime conſtat oēm trāſ
mutationē terminū a quo ⁊ ad quez ſpecie diuerſos
habere ⁊ contrarios.

Sententia. 87. Cū dictum ſit omnē motuz
eſſe a contrario ad contrarium
potuiſſet quiſpiam inſtare de motu circulari celi qui
eſt ex eodez termino in eundē terminū ſcilicet ab ori
ente in orientem: ⁊ nō inter terminos ꝯtrarios. Sol
uit philoſophus in motu celi eſt aliquo mō cōtrarie
tas: quatenus mouetur celū a principio arietis vſqz
ad principiū libre: inquātū videlicet illa duo princi
pia terminant dyametrū: nō vt terminant ſemicircu
lum. Et vltra modum quo in motu celi eſt aliquo mō
contrarietas vt ſcilicet celuz mouetur ab vno extrē
dyametri circuli ad aliud extremū eiuſdem dyametri
adduxit alium Auerrois ſupra. 32. habet quidez mo
tus circularis contrarium: ſi imaginemur duos mot⁹
ſuper eiſdem polis circa idē centruz ad diuerſas par
tes: ⁊ motus a dextro in ſiniſtrū ⁊ econtra cōtinui ex
reuolutiōe axis nō ſunt ſup eiſdē polis: vt declaraui
ſupra loco annotato.

Sentenia. 88. corporuz naturaliū loca ſunt
finita ⁊ determinata: nā quanto
terra loco deorſuz ē vicinior: tanto velocius decidit:
⁊ quanto ignis celo pximior ē: tanto velocius pgit:
ſunt. n. motus naturales in principio tardiores: ⁊ in
fine velociores: ergo ſi elementuz ſine termino conti
nue moueretur: eius infinita eſſet velocitas: ergo il
lius elementi exiſteret infinita grauitas aut leuitas:
alioquin nō poſſet eſſe infinita velocitas: at impoſſi
bile eſt infinitam grauitatez eſſe aut leuitatē: ergo re
rum naturaliū loca ſunt determinata: ⁊ finito iterpo
ſito ſpatio diſtantia.

Auerrois primo dicit. Sed pōt aliquis di
cere q̄ hoc ſequitur a poſitiōe q̄
graue ⁊ leue mouentur in infinitū ſcilicet grauitatē
eſſe infinitam: q̄uis nō ponatur q̄ quāto magis ap
propinquauerit medio: tanto citius mouebiſ: quid
ergo poſitio iſtius predicte ꝓpoſitiōis. i. ſequela hec
colligit: graue mouetur in infinitū ergo grauitas eſt
infinita: abſqz hoc q̄ ponatur hec ꝓpoſitio: quanto
magis terra appropinquat centro: tanto veloci⁹ mo
uetur ergo Ariſtoteles cōmiſit fallaciam ſm non cau
ſam vt cauſam: cum ſine tali propoſitione ſequatur
grauitatem eſſe infinitam: ſi graue moueatur in infi
nitum.

Item ait: dicamus ergo q̄ ipſa voluit notifica
re q̄ cum declaratuz eſt q̄ ſi mot⁹ equalis
ponatur

ponatur infinitus continget vt virtus mouēs ſit infinita:neceſſe eſt ⁊ dignius cū ponatur mot^9 tranſiēs in velocitate in infinitum vt ſit a potentia infinita. Senſus eſt:induxit quidem Ariſtoteles iſtam ppoſitionem:terra quāto vtiq3 ſit pximior medio: tanto citius mouetur:ad declarādum q velocitas infinita prouenit a potentia infinita: ⁊ ita Ariſtoteles non cōmiſit fallaciam ſm nō cauſam vt cauſa3:fuit itaq3 hec completa Ariſtotelis ratio. Terra mouetur continue ſine termino: ⁊ quanto terra loco deorſum eſt vicinior:tanto velocius decidit:ergo mouebitur infinita velocitate:ſ3 velocitas infinita prouenit a virtute infinita:ergo. Unde forme materiales ſi mouēt eterno tempore: ſunt infiniti vigoris: ⁊ mouent in inſtanti:at forme non cauſate a ſubiecto poſſunt mouere eterno tempore ⁊ eſſe finiti vigoris. 3. capitulo de ſubſtantia orbis.

Iterum ait:ſi cauſe rerum diuerſitatis in velocitate eſt diuerſitas eorum in grauitate ⁊ leuitate:ſequitur q quāto magis fuerit graue aut leue:tanto magis erit velox: ⁊ manifeſtu3 eſt q hoc cōuertit ſcilicet q quāto magis fuerit velox: tanto magis graue ⁊ leue: ⁊ cum ita ſit ⁊ fuerit velocitas infinita: neceſſario erit grauitas ⁊ leuitas infinita. Senſus eſt:graue quanto mouet velocius:tanto efficit grauius. Contra:ſit terra deſcendens ſūme grauis ⁊ pedalis:frigida ⁊ ſicca in ſūmo:in fine motus non erit grauior intenſiue nec extenſiue: ⁊ autē nō tuſti ponderis nō efficit p deſcenſu3 tuſti ponderis. Solutio cōis eſt:graue efficit grauius ſpiritualiter propter deſiderium acqſitu3 in graui mediāte motu: ⁊ iſtud deſideriū acqſitu3 in graui p motu3 ē qualitas ſpiritualis de pria ſpecie:deſideriū conſequēs formans grauis eſt qualitas de ſecunda ſpecie: hoc permanet:aliud euaneſcit acquiſito termino mot^9. Contra:ſi talis motus ſiat per impetū datum graui in motu naturali:ergo ⁊ in motu violento: ergo motus lapidis ſurſum eſſet naturalis ⁊ cōtinu^9: ⁊ poſſ3 fieri in vacuo:nam ibi eſſet reſiſtētia intrinſeca ⁊ motor intrinſecus:propterea dico q pars medij in motu naturali cōtinue eſt potentior ad mouendū: cum moueat in virtute omniū precedētiū: ⁊ in motu violento cōtinue pars medij eſt minus potens ad mouendu3:eſt eni3 hec potiſſima differentia inter motū grauis naturalem ⁊ violentu3:proiecta mouent medium p ſe: vt ſolum ab alio mota:cū motus ille continue tardetur atq3 diminuat: graue aute3 in motu naturali ⁊ vt ab alio motu3: ⁊ per forma3 ſubſtantialem mouet p ſe ⁊ effectiue mediū: ⁊ hec eſt cauſa q a perypateticis ponitur graue in motu violento tantū ab extrinſeco: in naturali ab intrinſeco ⁊ extrinſeco moueri. Ite3 poſſet dici graue effici grauius quāto magis appropinquat centro .i. moueri velocius ac ſi efficeret magis graue.

Sententia. 89. Non mouent qde3 elementa ab alio: neq3 p violentiā: vt qdam inquiūt per quādam extruſionē: inquantu3 .ſ. vnum corpus trudit ab alio fortiori: ſi .n. vi mouerentur:tardius maior ignis ſurſum ⁊ maior terra deorſum vtiq3 moueret:cuius oppoſitū p3 oculata fide: ignis .n. maior ⁊ terra ē maior celeri^9 locū petit nālem. Item neq3 velocius prope finem properarent ſi vi extruſiōeq3 mouerent:oia .n. que vi mouent:cū longius ab eo qd vim attulit diſtant:tardius ſane ferunt. Preterea in illū locu3 tendit nāliter aliqd corpus a quo quidem p violentiā aufertur:ergo elemēta vnde vi pulſa ſunt:illuc non vi ſed ſuapte natura feruntur.

Auerrois pño dicit:corpora ſimplicia mouentur per ſe naturaliter ſcilicet a principijs intrinſecis in eis nō ab extrinſecis:pōt aliquis dicere q nō mouentur ad ſuperius ⁊ ad inferius niſi ex cauſis extrinſecis violentis. Senſus eſt: elementa motu ſuo naturali per formas eo4 ſubſtantiales mouent mediū per ſe primo: ⁊ ſeipſa per accidens:mouent namq3 elementa a ſeipſis per accidēs: vbi .n. motus violentus ē a principio extrinſeco non conferente vim paſſo:eſt motus naturalis a pricipio extrinſeco ⁊ intrinſeco inclinat .n. forma q nō eſt aia in determinatū motum.

Item ait:ſi terra mouetur violente ⁊ a mouēte extrinſeco oporteret q terra maior moueretur tardius .i. ſyllogiſmus iſte colligit:terra violenter mouetur deorſum: ⁊ omne violenter motū ab eodem mouente quanto ē maius:tanto tardius mouetur:ergo terra qāto erit maior tanto tardius mouebitur. Preterea inducitur iſta alia ratio: omne motu3 violente quāto magis appropinquat fini nō velocius mouet:elemēta quāto magis appropinquant fini celerius mouent ergo elemēta non mouent violenter.

Digreſſio.

Hec propoſitio: omnis motus naturalis nō ſpericus celerior eſt verſus fine3 q in principio hic approbata:varias habet ſue veritatis interpretatiōes. Pro cuius quidem propoſitionis expeditione duo proponātur documenta. Primu3 eſt:deſcenſus grauis intēditur quidem in infinitu3 arithmetice nō geometrice: vt ſi motus ſit velox vt quattuor: ⁊ intendatur quouſq3 efficiatur velox vt .8. intendetur vtiq3 in infinitum arithmetice:nō geometrice:nam geometrice vſq3 ad duplum tantu3 erit intenſus:ſi .n. terra finite a loco ſuo naturali ſeiuncta in ipſum properet: ⁊ in duplo proximior ⁊ in triplo ⁊ in quadruplo ⁊ ſic in infinitū arithmetice nō geometrice efficeret.

Secundum documentū ſit tale. Nō ē motus terre deorſu3 celerior verſus fine3:ex eo quia decreſcat reſiſtentia: ⁊ efficiatur aer facilioris diuiſionis vt q graue deſcendēs aere3 calefaciat ⁊ ipſu3 rarefaciat:nam aer tempore eſtiuo longe eſt calidior q tempore hyemali:nō tamen longe celerius deſcendit vno tempore q alio ab equali diſtantia. Neq3 talis velocitas eſt a loco naturali: ⁊ virtute attractiua locati quia ſi ſic:velocius moueret minus graue verſus centrū q maius ſeruatis in ceteris paritate. Talis etiā motus eſſet violētus:cū eēt motus tractus. Neq3 cauſa talis celeritatis ē ipetus acquiſitus in mobili:quia ſi i motu naturali acquireretur talis impetus in mobili:pari ratione ⁊ in motu violento:ergo motus violētus proueniret ab aliquo intrinſeco mobili:ergo elementū ſimplex in vacuo moueri poterit:quia ibi reperiret reſiſtētia itrinſeca. Propterea dicendū eſt:q cauſa celeritatis motus naturalis recti talis exiſtit:mouet quide3 graue per forma3 ſuam ſubſtantialē medium per ſe primo: ⁊ ſeipſum per accidens: ⁊ tali parti medij imprimitur impetus:quo pars medij 2tinue efficit potentior ad mouēdū:cū 2tinue moueat ps medij i virtute oīum pcedētiū:i motu violēto 2tinue ps medij ē min^9 po-

tenes ad mouendum: ſed de his.3.⁊.4.celi pertractabitur.

Sententia. 90. Ex vnitate primi mot⁹: finis: forme: deſiderati infertur vnitas mundi: ad hec nāqꝫ ſtat vltimata oīum reſolutio: vñ deus effectiue imediate mouet primū mobile: planetas vero mediate: eſt ⁊ finis cui intelligētie medie intēdūt aſſimilari. Eſt forma firmamēti ſꝫ eius eē reale: intellectuꝫ ſm eē intentionale.

Auerrois primo dicit: plures homines nō poſſunt credere principia prima propter cremētū eoꝝ in opinionib⁹ falſis ex quibus infigunt in eis propoſitiōes probabiles cōtrarie primis propoſitionib⁹ manifeſtis per ſe: ſicut opinantur per ſe in lege nr̄a ꝙ Deus poſſet creare mūdos infinitos niſi eſſet diminutus. Senſus eſt: conſuetudo legum facit vt homines penitus aſſentiant propoſitionibus impoſſibilibus: ⁊ hec eadeꝫ eſt ſententia eiuſdem.2.methaphyſice.14.15.primo phyſicorum.60.71.3.phyſicoꝝ in prohemio: ⁊ ſubiūgit Auerrois: aut propter exiſtimationē ꝙ principia iſti⁹ artis debent eſſe in fide ſicut principia geometrie: nam principia iſtius artis nō ſunt in fide ſicut principia geometrie; ⁊.2.methaphyſice.16.modus fidei in demonſtrationibus naturalibus nō eſt ſicut modus fidei i mathematicis: quibus palam eſt geometriam certiorem eſſe ſimpliciter nāli ⁊ diuina phya: vbi nāqꝫ naturalis ph̄s frequentiſſime vtitur demōſtrationibus quia: ⁊ demonſtrationibus dantib⁹ cām tm̄ rarenter demōſtratōibus dantib⁹ cāꝫ ⁊ eē: mathematicus plerūqꝫ his: illis vero raro vtitur.

Item ait: motus circularis debet eſſe vn⁹ ſine principio ⁊ fine: ad quē reducunt alij motus.i.motus circularis ſimplex eſt ante retroqꝫ ſempiternus: ⁊ eſt propoſitio quā probat ph̄s naturalis 8 phyſicorū a.55.vſqꝫ ad.78.quā preſupponit diuinus: ⁊ ſolit⁹ ſum dicere: iſte ꝓpoſitiōes: prima forma eſt: primus finis eſt: abſtractuꝫ eſt: ſunt in ſe methaphyſicales: in reſpectu tñ ad mediū p qd̄ probant: dicunt nāles: declarant.n.ſola via motus q̄ eſt via pecularis ph̄o naturali.

Iterum inquit: mouens ⁊ faciens motū non debet eſſe in materia ⁊ declaratū eſt illic ꝙ omne quod non eſt in materia impoſſibile eſt vt inueniatur ex eo pluſꝗ̄ vnum ens numero ſcilicet ꝙ impoſſibile eſt vt inueniantur ex eo duo.i.virtus productiua motus eterni eſt imālis ⁊ indiuiſibilis: ⁊ in abſtractis a mā nō eſt niſi vnum indiuiduꝫ in vna ſpecie.7.methaphyſice.28.12.methaphyſice 49.3.de aīa.5.vnde forme cauſate a ſubiecto multiplicantur ſub eadem ſpecie ⁊ ſunt vl̄es in p̄dicando h̄ntes aliud eſſe in aīa: aliud extra: forme nō educte nō plurificant: ⁊ ſunt h̄ntes ideꝫ eſſe in aīa ⁊ extra: ⁊ hec eſt cā ꝙ Auerrois arbitrat.3.de aīa.5.vnū dūtaxat in oībus hoībus intellectū inueniri.

Rurſus ait: ⁊ declaratū eſt illic ꝙ ab vno mouente nō inuenit niſi vnuꝫ motū: ⁊ cū ita ſit neceſſe eſt vt celū ſit vnuꝫ numero; ergo neceſſe eſt vt mūdus ſit vnus numero. Senſus eſt: ſi eēnt plures mundi eſſent plures primi motus eterni: ⁊ ſi plures exiſtent primi motus eterni: plures erūt primi motores effectiue ⁊ imāles: ergo cū ⁊ mūdi ⁊ motus forent eiuſdeꝫ ſpeciei: primi motores exiſterent eiuſdeꝫ ſpeciei: ergo in abſtractis a mā inuenirētur plura indiuidua eiuſdem ſpeciei.

Preterea ait: ⁊ pōt aliquis dicere cum declaratum eſt ꝙ mouens non mouet celum niſi deſiderio exiſtente in celo propter intellectum eius: quid prohibebit ergo ꝙ nō ſint plures celi: ⁊ vnūquodqꝫ eorum deſiderat hoc primum mouens eiuſdem modi intellectus: ſicut in nobis vnus intellectus mouet plura imaginata: verbi gratia cibū eſſe vtile mouet omne famelicū ad cibum: ⁊ forte ſic erit de celis. Sēſus eſt. Primū mouens mouet celū ſicut deſideratū: nihil aūt prohibet idem a pluribus deſiderari: ergo ex vnitate primi mouentis n̄ poterit concludi vnitas celi: ergo iſte conſequentie nō valebunt: vnus ē finis celi ⁊ vnū eſt deſideratū: ergo tantum vnū eſt primū celū: ergo tantum vnus mūdus: quēadmodum neqꝫ iſte colligunt: vnus eſt finis hominis ergo vnus homo: vnus eſt cibus d̄ſideratus: ergo tantū vnū deſiderans.

Soluit Auerrois dicens: declaratū eſt iam ꝙ imaginatū eſt illic idem imaginatum ex omnibus modis: ⁊ cū ita ſit imaginatio eſt eadem ſicut imaginatū eſt idem: ⁊ cū imaginatio ſit eadeꝫ n̄ inuenietur niſi in eodem imaginato: in hominibus aūt imaginatio nō eſt imaginatio eadem ex omnibus modis: quapropter poſſibile imaginari idē imaginatum pluribus imaginationibus ⁊ a pluribus imaginantibus. Senſus eſt: in Deo intellectio ⁊ deſideriū ſunt penitus idem intellecto ⁊ deſiderato: in homine nō: pluribus.n.imaginationibus pōt imaginari hō circa idem obiectuꝫ complexe ſcilicet ⁊ incomplexe: vniuerſaliter ⁊ particulariter: affirmatiue ⁊ negatiue vnde quia tota materia que pōt ſtare ſub prima intelligentia inuenitur actu ſtare ſub illa: ideo tantuꝫ eſt vnum primum mobile: ⁊ vnus mundus: intellectiōi qua Deus intelligit nō deſeruiūt ſenſus: ⁊ ꝓpterea orbis ſubiectus Deo non eſt tranſmutabilis de vna forma in aliaꝫ formaꝫ: nō multiplicatur ergo primuꝫ mobile: ergo neqꝫ mundus: at materia que pōt ſtare ſub anima humana actu: non dicitur ſtare ſub aīa humana: icirco multiplicant hoīes quoꝝ intellectiōib⁹ deſeruiūt ſenſus interiores ⁊ exteriores.

Snia. 92. Elementoꝝ tria ſunt loca natura determinata: vnus infimus: ſcilicet ꝯcauū aque: ſecundus ſupremus: concauū lune: tertius eſt horuꝫ extremorū medius: vt concauū aeris ⁊ ignis: neqꝫ preter iſta eſt aliquis corporum naturalium locus: naꝫ ad aliū locum corpora neqꝫ naturaliter neqꝫ preter naturam mouentur: ergo non ſunt plures mundi.

Auerrois primo dicit: ⁊ hoc non contingit ei niſi qui conceſſerit ꝙ omne corpus eſt in loco eſſentialiter: ⁊ Alexander noluit hoc ⁊ etiaꝫ Ariſtoteles dicit ꝙ celuꝫ non eſt in loco eſſentialiter: ⁊ cetera. Senſus eſt. Alexāder noluit oē corpus eē in loco eſſentialiter: tñ ſi erant plures mundi oē corpus erit in loco eſſentialiter.

Item ait: ⁊ ſi ex eis īuenient plura numero: cōtinget ꝙ pars ⁊ totū nō mouent ad eūdē locū numero elementoꝝ motoꝝ: recte igit hec tria loca ſunt eadem numero: quoniam duorum vtrumqꝫ ſunt vnum numero ſcilicet locus grauis ⁊ leuis: ⁊ contingit ꝙ locus terti⁹ ſit idē vnū numero: ⁊ ē loc⁹ corporis neutrius. Sēſus eſt: ſi reperirent plura media ad que mouentur grauia: ⁊ plures orizontes ad quos tēdūt leuia: ⁊ data loca nō differrēt niſi nūero: ſequit ꝙ pars ⁊ totū n̄ mouent ad eūdeꝫ locū numero elemētoꝝ

ro elementorũ maiorũ: poſita vna parte terre in noſtre lune concauo: ⁊ tota terra alterius mundi in cõcauo lune alterius mundi: imo medium plus diſtaret a medio ꝙ̃ ab orizonte: ⁊ ita plus diſtarent in loco conuenientia in ſpecie ꝙ̃ contraria in ſpecie. Et format Auerrois hanc cõſequẽtiã: locus grauis eſt vnus numero: ⁊ leuis ſimiliter: ergo ⁊ celi queadmodũ ſi in homine duobus principalibus membris debeantur loca propria ergo ⁊ tertio: inconueniẽs itaꝙ dare duo centra: ⁊ duo orizonta: vt patuit ſupra 80. quia ſi ſic: nõ eẽt ſuperi⁹ neꝙ inferius naliter: ſꝫ in ſola cõparatione: ſupra. 29.

Iterum ait: ⁊ quoniã hec duo elemẽta numerãtur in grauĩ: ⁊ ille locus in rei veritate eſt vltimus aeris. i. locus terre ⁊ aque eſt concauum aeris: locus ſecũdus eſt longitudo in q̃ imaginatur corpus celeſte: ꝑ longitudinẽ intelligit ſpatium in quo eſt celum: vel diſtantiã celi a medio mũdi: ⁊ poteſt etiam intelligere per locum ſecũdum hic illud qđ eſt vltimũ corpus corporũ celeſtiũ: qꝛ oĩa q̃ ſunt extra illud ſunt eſſentialr̃ in loco. Senſus ẽ: verus quidem locus celi eſt mediũ circa qđ reuoluitur celũ: imo nõ dicit̃ verũ mediũ niſi in comparatione ad celuꝫ: ⁊ non dicit̃ celum ſpericũ niſi reſpectu medij: ſed Ariſtoteles ⁊ Auerrois non curant declarare verũ locum celi: nam ſatis ſibi eſt habere celo deberi vnũ locũ numero: veluti ⁊ alijs corporibus ſimplicibus loca propria debẽtur.

Rurſus ait: diuiſio grauis in duo manifeſta eſt per ſe: diuiſio leuis in duo cõprehenſa eſt ꝑ rõem: quapropter Alexander dicit ꝙ corpus quod eſt illic nõ dicit̃ ignis cũ hoc niſi equoce. Senſus eſt: diuiſio leuis per duo cõprehẽſa eſt per rõnem ex pte qualitatũ alteratiuaꝝ ⁊ virtutũ motiuarum: dicit̃ aũt ignis in cõcauo equiuoce cũ eo qui eſt hic: qꝛ ille nõ eſt in fine caliditatis: ſed bene iſte: dicebat Cõmentator. 2. de gñatione. 21. cuius cã eſt quia caliditas in igne apud nos in ſolidiori ſuſcipitur ſubiecto: ⁊ ꝓpterea iſte lucet: ille non.

Poſtremo aduertendum eſt: ratio Ariſtotelis ſm̃ tranſlationẽ Cõmentatoris ex vnitate loci concludit vnitatem mundi: ⁊ probat locum inter circunferentiam ⁊ centrum non eſſe accidentalem leui: ne dentur quattuor loca in genere ⁊ quattuor corpora ſimplicia in genere. Ratio Ariſtotelis ſm̃ aliam tranſlationẽ tendit ad hoc: ſi daretur alius mundus: ⁊ eſſet ſupra hunc: corpus leue eſſet ſupra locum celi: ⁊ ſi eſſet infra: corpus leue eſſet infra locum grauis: ⁊ ſm̃ aliam tranſlationem adhuc declaraui ſententiam Ariſtotelis: quicquid ſit in his non eſt prolongandus ſermo: rationes. n. facte parum plus habent veritatis ꝙ̃ probationes dyalectice: que ſiene dicent maiorem certitudinem: inquit Auerrois.

Sententia. 92. 93. 94. 95. tota ſtat in hoc: non ſolum nõ ſunt plures mũdi: ſed ⁊ plures nature fieri impoſſibile eſt: conſtituitur enim celum ex tota ſua materia: ideo non poteſt celum multiplicari: complectitur naꝙ mundus quoduis corp⁹ naturale ⁊ ſenſu percipi natũ: extra quẽ mũdũ nõ põt inueniri corpus nãle ſimplex vel cõpoſitũ: ⁊ hec eſt ſnĩa generalis: ſigillatiꝫ omnia in cõmentis diffuſe aperient̃.

Auerrois. 92. primo dicit: hec ẽ fortiſſima queſtionũ opinãtis plures mũdos eſſe: eſt quideꝫ queſtio hec fortiſſima ꝓpter hãc rõnem: natura mũdi eſt vna ergo ipſa in plurib⁹ mũdis põt exiſtere. hec. n. eſt cõditio cuiuſlibet forme: predicari de plurib⁹: ⁊ inueniri in plurib⁹ materijs aut numero aut ſpecie: ꝓpter formã genericã: ⁊ colligitur genus ſumi a forma nõ a mã. 12. methaphyſice. 14. forma naꝙ ſubiectũ eſt vniuerſalitatis: hec eſt cã ꝙ ſoleo dicere: omne vniuerſale eſſe formaꝫ ⁊ nulluꝫ ꝑdicatũ ſumi a materia: primo ð aĩa. 8. ⁊ addit Cõmẽtator: in cõpoſitis ex mã ⁊ forma aut inueniũtur plura vno indiuiduo: aut eſt hoc poſſibile: ꝓpter ſcilꝫ fenicem. Contra: ſi forma ſit ſubiectũ vniuerſalitatis ⁊ ſit tota rei quidditas non erit veruꝫ indiuiduatiõis principiũ. Diſtinctio de duplici eẽ forme: ⁊ in puro ſcilꝫ potentiali ſenſibiliũ: ſm̃ qđ eſſe forma eſt principiũ ſingularitatis: ⁊ in puro potentiali intellectiuũ qđ eſſe forma eſt vniuerſalis ⁊ tota rei eſſentia auctoritatibus declarati: ⁊ nõ docte loquũtur qui dicunt dupliceꝫ formã: ſingularẽ ſcilꝫ ⁊ vniuerſalem: qꝛ nõ eſt duplex forma: ſed duplex eſſe forme vt in proceſſu lectionis patebit.

Item ait: videmus ꝙ in omni ſubiecto ẽ aliqđ cuius diſpoſitio abſtracta apud itellectũ eſt alia a diſpoſitõe extra intellectũ: ſcilꝫ in eſſe. Senſus eſt: aliud eſt eſſe rotũdi: aliud huius rotundi. i. forma alterius eſt diſpoſitionis vt eſt intellecta per ſe: ⁊ alterius vt eſt in materia: ⁊ licet Ariſtoteles ⁊ Auerrois introducãt hãc diſtinctionẽ in parte argumentatiua: eam tamen approbant. 93. ⁊. 95. ⁊ Commentator diſputatione. 3. dubio. 18. quelibet forma duobus modis habet eſſe: ⁊ parum infra: color habꝫ gradus in ſuo eſſe differentes in nobilitate in materia ſcilicet viſu: ſenſibus interioribus: ⁊ intellectu: ⁊. 7. methaphyſice. 23. declaratur copioſe formã deberi duplex eſſe: ⁊ materiam non poſſe appellari vniuerſale: vnde forma ſm̃ varia eſſe ſortitur varia nomina: in re dicitur ſubſtantia vel accidens: in viſu viſio: in intellectu intellectio: genus enim ⁊ differẽtia accidunt forme ſm̃ ꝙ forma: auctore Auerroi. 5. methaphyſice. 30. Tandeꝫ Ariſtoteles ⁊ Auerrois volunt declaraſſe iſtam propoſitionẽ: oium ſiue natura ſiue arte conſtantiũ alia ſalteꝫ ratione eſt res vniuerſali ratiõe deſignata: ⁊ ratiõe particulari: vt alia rõne eſt ſpera: ⁊ ſpera aurea: ⁊ ratione alius eſt circulus ⁊ circulus ligneus.

Iterum ait: ⁊ ſi ita ſit ⁊ celum eſt ſenſibile ergo eſt pars partium mũdi ⁊ non eſt ſenſibile niſi per materiam: ⁊ cum manifeſtum eſt ꝙ omne ſenſibile componitur ex materia ⁊ forma: impoſſibile enim eſt ſenſibile eſſe per formam: quia eſt intelligibile ſm̃ formam ⁊ ſenſibile ſm̃ materiam: ⁊ ſimiliter eſt de omnibus partibus mundi ⁊ qꝛ celuꝫ eſt ſenſibile ⁊ vna partium mundi neceſſario componitur ex materia ⁊ forma. Senſus eſt: celum cum ſit corpus ſenſibile ⁊ ſenſu noſtro perceptibile componetur ex materia ⁊ forma: eſt naꝙ compoſitum ſenſibile per materiaꝫ ⁊ intelligibile per formaꝫ: id eſt cõpoſitum eſt intelligibile merito eſſe quod habet forma in intellectu: eſt ſenſibile merito eſſe quod habet forma in ſenſibus: ſunt enim materia ⁊ compoſitum ſenſata per accidens: merito forme informantis ſenſum ratione forme informantis intellectum ſunt intellecta per accidens: vnde tenendum eſt rem eſſe ſenſibilem ⁊ intelligibilem per formam ſm̃ tamen aliud ⁊ aliud eſſe forme: ⁊ hec ẽ cauſa ꝙ Cõmenta-

tor dicebat.12. methaphyſice.14. materia ſentitur propter formaz.

Rurſus ait: celitas eſt aliud ꝙ dicere hoc celum: celitas.n. dicitur de plurib⁹ indiuiduis ⁊ ſicut hoc inuenitur in pluribus partibus huius celi: ita non eſt longe quin inueniantur plura vno indiuiduorū totius celi. Senſus eſt: celitas eſt forma celi: ⁊ eſt intelligentia: ⁊ cum intelligentia lune ſit tota in toto orbe lunari: ⁊ tota in qualibet parte: non multiplicaretur intelligentia lune: etiam ſi orbes lunares multiplicarentur: quia intelligētia lune non cauſatur a celo: ergo ex his patet abſurdū eſſe concedere intellectum humanuz non dare eſſe: quia ſunt multi homines: ⁊ intelligentiaz dare eſſe: quoniaz vni celo tantum applicatur: hec eſt cauſa ꝙ dicebam anno ſuperiori.2.de anima.26. omnis forma dat eſſe ſubſtantialis ſubſtantiale: ⁊ accidentalis dat eſſe accidentale: dare nāqꝫ eſſe non infert formā eſſe multiplicataz ⁊ enumerataz ⁊ vilem: ⁊ licet intellectus humanus det eſſe hominibus: non tamen multiplicatur: cuz non ſit cauſatus a corpore: veluti ⁊ intelligentie celeſtes dant eſſe celis proprijs non tamen multiplicantur in eadem ſpecie: quare inde eſt fateri intelligentias dare eſſe celo: non intellectū humanuz homini: ſi enim intelligentia dat eſſe celo ergo dare eſſe ⁊ eſſe eductum de potētia materie nō conuertuntur: ſed forma non educta poteſt in plurib⁹ eſſe indiuiduis.

Amplius ait: celum enim abſolute eſt ſola forma: intendit illud quod dixit intelligitur de celo inquantuz celum eſt ſola forma: per ſenſum autez comprehenditur forma cum materia. Senſus eſt: apud Cōmentatorez celitas eſt forma partis ⁊ totius: Sanctus Thomas ⁊ Scot⁹ arbitrantur celitatem formam eſſe totius ⁊ non partis: Auerrois ſenſit formaz partis totam eſſe rei eſſentiam. Alij materiaz non vehiculum forme ſed partē fecerunt quidditatis: ideo apud Cōmentatorez qui dicit celum dicit formaz partis ſm eſſe vniuerſale: qui dicit hoc celum dicit formam partis ſm eē reale. Per ſenſum autem comprehenditur forma cum materia: quia forma in ſenſu ducit ſenſum in cognitionem forme ⁊ materiei ſubiecte illi forme: forma enim ſubſtantialis per ſe cognoſcitur a virtute cogitatiua.2.de anima.65. cum quo ſtat ſubſtantiam non percipi a ſenſu inquātum ſenſus: nam ſenſus bruti nequaꝗ̄ percipit ſubſtantiaz.

Preterea ait: ⁊ contradictio eſt ꝙ forte hoc eſt poſſibile ſm formam: impoſſibile ſm materiam: cuz poſſibile ſit ꝙ tota materia ſit incluſa in hac forma: ſi ergo impoſſibile eſt plures eſſe mundos: neceſſarium eſt opinari ꝙ materia eius incluſa eſt in forma. Senſus eſt: pluri ficatio mundi eſt impoſſibilis ſm materiaz: ⁊ eſt poſſibilis ſm formam: totam enim materiam alicuius forme eſſe cōprehenſam ſub.A. forma eſt cauſa quare tantū vnū eſt indiuiduū ſub illa forma: ⁊ hanc ſententiam habet Cōmentator primo capite de ſubſtantia orbis: mūdus ⁊ celuz totam eoꝝ materiā cōprehendunt: ⁊ incorruptibilia ſunt: īō nō ſūt poſſibilis celi multitudo non ſm eſſe quod habet forma celi in re: ſed ſm eſſe forme in intellectu ſimpliciter ⁊ abſolute ſumpte: quia etiam repugnat pluralitas forme in intellectu abſtracte a materia.i. forma īquātū forma cōicabilis eſt: quatenus tamē habet ideꝫ eſſe in re ⁊ in aīa ⁊ vt eſt vna p eſſentiam ſibi repugnat cōicari: forme eiꝫ multiplicabiles ſunt vniuerſales in predicando non in eſſendo.

Item ait: teſtatur huic ſermoni mūdos eē plures: qui ponit in creatore mundi exemplar ſm ꝙ fecit mundū: dicens enim exemplar eſſe cōtinget ei neceſſario dicere: vt mūdus habeat plura indiuidua. Senſus eſt: exemplaria ſunt ratiōes in deo quibus ipſe creaturas condidit: ⁊ apud multos ſunt talia exemplaria idee Platonis: at quicquid ſit ſententia huius partis ſtat in hoc ratio Ariſtotelis cōcludit plures aut plures poſſe mundos: ſiue cum vnitate exemplaris ſtet vnitas exemplati: ſiue multitudo: imo vnum exemplar pōt eſſe ratio producēdi multa exemplata.

Vlterius ait: cum enim fuerit declaratum predicatuz ineſſe ſubiecto inductione: ⁊ ſuſtentatum fuerit hoc per cauſam eſſe predicati in ſubiecto erit magis ſufficiēs: hec autē cauſa eſt que dicitur: qꝛ cauſa eſſendi plura īdiuidua ex his compoſitis eſt quia res que componitur ex materia ⁊ forma non eſt inata habere hanc materiaz ſolam. Senſus eſt: preſenti inductione fuerunt īducta omnia particularia potentia: non actu: ⁊ vnius ꝓpoſitionis inducte habemus notitiam ſufficientē: quādo poſt inductionem reddimus cauſam inherentie predicati ad ſubiectum: vnde iſta propoſitio: omnis coruus eſt niger: poteſt induci ⁊ poſt inductionem ſermo eſt valde ſufficiens ſi reddatur cauſa inherētie predicati ad ſubiectum: ita fuit in propoſito: hec propoſitio: in compoſitis aut ſunt aut poſſunt eſſe plura indiuidua: inducta eſt: ⁊ eſt aſſignata cauſa: q̄ eſt: qꝛ res que cōponiẗ ex mā ⁊ forma nō eſt inata habere hanc materiam ſolam.

Iterum ait: virtus imaginatiua valde iuuat ⁊ hoc enīꝫ poſſumus imaginari extra mundū vacuitatem continentem ipſum: ⁊ ꝙ in illa vacuitate poſſibile eſt aliū mundum eſſe: ſicut ē diſpoſitio in omnibus īdiuiduis que ſunt huiuſmodi: qm̄ quodlibet eorum exiſtit in vacuo: ⁊ extra ipſum inuenitur aliud indiuiduum: aer enim non comprehenditur viſu: ⁊ hoc inducit plures dicere vacuum eſſe. Senſus eſt: nos poſſumus imaginari extra celum eſſe vacuū infinitum: ⁊ ꝙ in illo ſint act⁹ plures mūdi: veluti imaginamur plura corpora eſſe in aere: colligiẗ ergo ꝙ poſſibile eſt plures eē mūdos: imaginatio enim non eſt ex toto impoſſibilis: crediderunt enim antiqui vbi eſt aer ibi fore vacuum: qꝛ aer nō terminat viſum. Et ſubiūgit Auerrois: exiſtimabant aūt loquentes noſtre legis vacuum eſſe intellectum primū.i. id quod primo a Deo cōprehendebatur: ⁊ eſt neceſſariū hoc dicenti ꝙ mundus fuit poſtꝗ̄ non fuit.i. vacuū ſcilicet dicere eſſe. Senſus eſt: anteꝗ̄ Deus cōderet mundū: erat vacuū: quia erat ſpatiū in quo non erat corpus: ſed poterat eſſe: generātes.n. mundū fateñ vacuū: qꝛ mūdus generatur in loco: queriẗ an ille locus genereẗ: an non: ſi non: fuit ante mundi generationē: ⁊ nihil locabatur ergo vacuuꝫ: ſi generatur ergo in loco: ⁊ ita ibitur in infinitum.

Poſtremo Pro iunioribus ratio Ariſtotelis ⁊ Auerrois ita ordinanda eſt: omnium ſiue natura ſiue arte conſtantiuꝫ alia ratiōne res vniuerſaliter deſignatur: alia ratiōe particulariter. Celum eſt natura cōſtantiū: ergo alia ra-

tione

tione eſt celum: alia: hoc celum: At quecūq; ſenſibi-lia notione cōmuni deſignanſ: plura ſub ipſis conti-nentur: ſumiq; poſſunt ſingularia ergo ſub celo plu-ra ſumi poterūt ſingularia ergo plures celi aut mū-di natura eſſe poterunt.

Auerrois 93. primo dicit: hec propoſitio eſt vera: forma cuiuſlibet eſt ali-ud a compoſito ex materia & forma: vnde declaratū fuit ipſū eē compoſitum ex materia & forma. i. licet cōpoſitum habeat eſſe per formā: tamē compoſitum non eſt forma: & affirmabam annis ſuperioribus. 2. phyſicorū. 12. cōpoſitum & formam equalis eſſe pfe-ctionis: & formam habere maiorem perfectionē ip-ſo compoſito: propter independentiam forme: pen-det nanq; compoſitum a forma: non forma a com-poſito.

Item ait: hec propoſitio eſt falſa: ex omni facto ex materia & forma inueniuntur plura indiuidua: aut eſt poſſibile: hoc enim non eſt verū niſi in eo quod factum eſt ex quadam parte materie ei conuenientis: quod autem fit ex tota materia im-poſſibile eſt reperire duo indiuidua in actu. Sen-ſus eſt: quia omne factum eſt nouum: iſta propoſi-tio: celum eſt factum ex tota ſua materia ſignificat q̄ celū conſtat ex tota materia: itaq; tota materia que poteſt ſtare ſub forma celi inuenitur actu ſtare ſub illa forma: non enī materia celi eſt variabilis d̄ vna forma in aliam formam. Tandem ſententia Textus & Cōmenti ſtat in hoc: ſingulare ſenſibile eſt nume-rabile: quando non conſtat ex tota ſua materia ex qua nā poteſt conſtitui: at id non oportet in oībus: preſertim vbi ſenſibile ſingulare ex tota conſtat mā ex qua quidē cōſtitui natū eſt.

Auerrois. 94. ait primo: ſi igitur poſuim⁹ q̄ nāſ formetur ex tota carne na-ſi ſimi vnus naſus ſimus: impoſſibile eſt alium ho-minem eſſe cuius naſus ſit ſimus. Similiter ſi mate-ria hominis fuerit caro & os: & poſuimus q̄ nullum ens eſt niſi vnus homo tantū: neceſſe eſt vt ille ho-mo ſit ex tota carne & oſſibus. Senſus eſt: ſi intelli-gatur naſus curuus compoſitus ex omni carne ex qua natura conſtitui poteſt: tūc neq; eſſent neq; na-tura eſſe poſſent plures ſimi. Item ſi eſſet vnus homo compoſitus ex omni carne: oſſibus & neruis ex quibus poſſet homo natura conſtitui: he partes hominis eſſent indiſſolubiles: & non eſſent: neq; eſſe poſſent plures homines: vnde ex iſtis exem-plis conuincitur vnitas mundi. cum materia mun-di ſit tota concluſa ſub forma mundi: & ſi mundus eſſet pluſquam vnus procederetur in infinitum: immo eſſent tam actu infiniti mundi. Materia nan-q; cauſa eſt multitudinis: & etiam forma: alia tamē & alia ratione: non poſſent multi homines vno pa-ne ſatiari: & ſi ſit multiplicabilis & diuiſibilis in partes: ſed multis multi vtiq; ſatiarentur: & eſt ita-q; forma quo indiuiduum eſt hoc: materia varias in portiones partita mediantibus dimenſionibus cauſa eſt multitudinis indiuiduorum ſub eadem ſpecie: ergo non eſſet neq; eſſe poſſet niſi vnus ſolus homo: ſi tota materia quieſceret ſub aīa hu-mana que apta nata eſt ſtare ſub illa.

Rurſus ait: quoniā ſi fuerit plus vno erit pars alterius mundi: & iſte alter mundus ſi eſſet plus vno eſſet pars alterius & ſic procederet in infinitum: aut inueniretur vnicus mundus nume-ro ingenerabilis & incorruptibilis: quapp contingit vt mundus ſit ingenerabilis & incorruptibilis: & q̄ eius materia ſit cōcluſa in eo. Senſus eſt: ſi ſub vna ſpecie vnum tantum indiuiduū exiſtere poſſit: opus eſt vt ſit tota materia concluſa ſub tali forma: at ſi in-diuidua ſint plura vel ſimul vel ſucceſſiue cauſa eſt: quia materia tota actu nō inuenitur ſtare ſub illa for-ma: verūtamen quia nō poteſt ſucceſſio indiuiduo-rum eſſe infinita: niſi ſit celum continens ea quod eſt cauſa generationis infinite: ideo opus eſt q̄ indiui-dua pluriſicabilia ſint partes alteri⁹ indiuidui. i. mū-di: ergo ſi mundus eſſet pluriſicabilis: exiſteret pars alterius mundi.

His dictis addo iſtam cōſequentiam: ſi plures eſſent mūdi: plura eſſent principia: p princi-pia intelligendo primū finem: primam formam: primum mouens: & . 12. methaphyſice. 49. ſi plures eſſent celi: eorum eſſet principium ſpecie vnum: nu-mero vero multa: & hoc eſt incōueniens: quia nume-ralis multitudo ſub tali ſpecie pendet a materia: a qua quidem primū principium abſtrahit: & hec eſt cauſa q̄ dicebam anno ſuperiori. 3. de aīa. 5. formas cauſatas a materia numerari ſub vna ſpecie: nō aūt nō cauſatas a materia.

Auerrois. 95. primo dicit: Et videtur ſi in-tellexerit per celū in hoc ſermo-ne totum mundum q̄ ſit illud quod eſt in eo quaſi forma corpus neutrum: & q̄ eſt in eo quaſi mate-ria corpora grauia & leuia: corpus enim neutrum non habet materiam ex qua componitur: quoniā ſi haberet: haberet contrariū & eſſet generabile & cor-ruptibile: & in principio iſtius tractatus probauit q̄ corpus neutrū caret ſubiecto & contrarietate. Sen-ſus eſt: eſt celum quaſi forma: elementa quaſi mate-ria: quia illud continet: hec continentur: continens autem ſemper habet rationem forme reſpectu cōten-ti. 4. celi. 37. notanter autem dicit Auerrois quaſi: quia proprie corpus non eſt perfectio corporis: ſed forma vera eſt & intrinſeca compoſiti perfectio. 2. de anima. 26. Et cum hoc q̄ celum careat materia & cō-trarietate ſtat celum componi ex intelligentia & orbe illi ſubiecto: eſt enim materia in actu pars celi eſſen-tialis ſeu pars deferens eſſentiam celi: non materia in potentia ad nouas formas ſubſtantiales capeſcē-das. 8. methaphyſice. 4. 12. methaphyſice. 10. dicit autem materia in actu: quia nō eſt variabilis de vna forma in aliam formam: cum ſupra nullam formam cauſalitatem habeat: materia que eſt altera pars cor-porum ſubceleſtium dicitur materia in potentia: q2 eſt tranſmutabilis de vna forma in aliam formam.

Item ait: dum exponit textū Ariſtotelis: quo-niam materie plurimorum indiuiduo-rum ſunt terminate quantitatis ſcilicet q̄ neceſſe eſt vt ſit quantitas materie ſortis equalis naturalr quā-titati materie Platonis: & ſi fuerit exceſſus inter eas erit terminat⁹: quoniā ſicut nō ex qualibet qualitate materie ſit qōlibet ens: ſic ē d̄ quātitate. Senſus ē: ſi ponaſ quidē alius mundus iſte non erit niſi ex me-dietate ſue materie: q2 equaliū in quātitate equalis eſt materia ſicut & duobus indiuiduis eiuſdem ſpe-ciei vna quantitas debetur materie in ſpecie & colli-gitur ex hoc loco dari minimū & maximū naturali-ter diſpoſita: & vnāquāq; formam requirere diſpoſi-tiones qualitatiuas & quātitatiuas in materia pro ſui inductione & cōſeruatione.

Digreſſio Auerrois.

Sed habet. Digreſſio hec Auerrois tendit ad hoc vt declaretur celū componi ex intelligētia ⁊ orbe ſubiecto motui ⁊ luci viſum informantibus. Uerba autē Cōmentatoris ita interpretentur. Quia dixerat celum non habere materiam ex qua cōponatur: dubitat Auerrois vtrū res intellecta ex hoc corpore: id eſt forma celi ſubſtantialis ſit hoc ſenſatum: id eſt materia vel compoſitum: aut aliud: ſi primū: tunc res intellecta erit eadem cum re ſenſata: ⁊ hoc incōuenit: ſicut enī intellectus non eſt ſenſus: ita forma ſm idem eſſe non eſt ſenſibilis ⁊ intelligibilis: ſi ſecundū: tunc celū cōponeretur ex materia ⁊ forma: ⁊ haberet potentiam ad corruptionem: ⁊ huius queſtionis ſolutio ſtat in hoc: res intellecta eſt intelligentia: res ſenſata ē materia vel compoſitū: ⁊ neutrum horum perficit ſenſum: quia ſunt ſenſata per accidens: eſt. n. ſubſtantia ſenſibilis per accidens. 2. de aīa. 65. ⁊ ita erit celum compoſitū ex intelligentia ⁊ orbe ſubiecto motui ⁊ luci a viſu perceptus.

Item ait: dicamus ergo ꝙ iſta natura neutra ē non exiſtens per ſe in actu: ſed eſt materia corporis celeſtis que ē in actu. Senſus eſt: orbis ſubiectus intelligentie eſt natura neutra non exiſtēs per ſe in actu: cum ergo iſta natura exiſtat: per alterum exiſtet: ⁊ non niſi per intelligentiam: ergo intelligentia dabit eſſe celo: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ Auerrois ſcribit in ſecundo capitulo de ſubſtantia orbis: nulla eſt differentia in indigentia virtutis actiue in corpore ſiue ſimplici ſiue compoſito ſiue generato ſiue nō ⁊. 8. phyſicorum. 52. dicebat intelligentiā dare permanentiam eternam ⁊ figuram ⁊ quantitatem ⁊ magnitudinem ⁊ motum. 2. de anima. 27. dans vitā alicui dat illi eſſe: viuū. n. non habet eſſe ſm ꝙ viuum niſi per illud per quod viuit: conſtat aūt celū viuere intellectu: primo capite de ſubſtantia orbis: concludit itaqꝫ celum conſtitui ineſſe per intelligentiā: primo phyſicorū. 63. hinc panditur error dicentiū orbem nō exiſtere per ſe: qꝛ ſubijcit lumini ⁊ figure: nullū enim indiuiduum predicamenti ſubſtantie eſſet per ſe exiſtens.

Iterum ait: ſi igitur iſta materia non fuerit compoſita: non habebit formā ita vt ſit intellecta. Senſus eſt: iſta natura neutra que dicitur materia in actu cauſat animal celeſte in genere cauſe materialis: ⁊ ſi iſta materia non fuerit compoſita nō habebit formam partem eius: eſt. n. forma pars compoſiti non materie: neqꝫ erit intellecta per ſe: intelligibiliū nāqꝫ per ſe quedam ſunt actu de ſe intellecta: ⁊ ſunt forme vniuerſales in eſſendo: quedam ſunt potentia de ſe intellecta: ⁊ ſunt cōpoſita ⁊ forme cauſate a ſubiecto.

Rurſus ait: Sed eſt vna numero: indiuidua per ſe. Senſus eſt: talis materia neutra eſt vna numero ſimpliciter: ſublatis ab ipſa intelligentijs per intellectum: ⁊ habet ꝙ eſt vna numero ſimpliciter: quia non eſt variabilis de vna forma in aliam formam: materia in potentia ablatis formis ē vna numero priuatiue. 12. methaphyſice. 14. ⁊ ratio eſt: quia talis materia tranſmutabilis eſt de vna forma in aliam formam: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ. 5. capitulo de ſubſtantia orbis. ponitur materia celi medium inter materiam que eſt oīno in potentia ⁊ tres dimenſiones: ipſa enim non eſt ita potentialis veluti materia in potentia: nec eſt ita actus ꝙ ſit forma: vñ talis materia ſubiecta intelligentie non eſt aliqd habens formam ⁊ materiam: cum non ſit grauis nec leuis: ⁊ eſt indiuiduata p ſe: quia non eſt tranſmutabilis de vna forma in aliam formam: ⁊ huic ſententie fauet Auerrois. 2. capite de ſubſtantia orbis: vbi loquens de orbe ſubiecto intelligentie dixit: eſt indiuiduum demonſtratum ⁊ ens demonſtratū ī actu: habens formam in actu: ⁊ ex his creditur cōmuniter hoc corpus eſſe formam non materiam: ⁊ ex intelligentia ⁊ orbe duobus exiſtentibus in actu non fieri vnum per eſſentiam: ⁊ ita intelligentiam non dare eſſe celo formaliter: quibus tamen non obſtantibus dicendum eſt hoc corpus nihil prohibere vt ſit materia: ſed impoſſibile eſt vt ſit forma. 9. methaphyſice. 17. Eſt ⁊ orbis ens demonſtratum ⁊ habēs figuram ab intelligentia ⁊ poteſt dici orbis indiuiduatus per ſe: quatenus non habet potentiam ad formam capeſcendam nouam ſubſtantialem: ⁊ iſto modo orbis non indiget anima dante ſibi permanētiam prohibendo eius corruptionem ⁊ remouendo eius aptitudinem ad formam: cuius quidem oppoſitum ſenſit Auicenna ⁊ Egidius romanus ⁊ cum hoc ſtat orbē non permanere per ſe: quia de ſe non habet exiſtentiam permanentem: imo indiget anima dante ſibi eſſe: ⁊ hac declaratiōe conciliant multa loca Cōmentatoris. 4. capitulo de ſubſtantia orbis ⁊. 12. methaphyſice. 41. in quibus vtriqꝫ locis aſſerit orbem permanere per ſe: ipſumqꝫ non permanere per ſe: ipſe itaqꝫ orbis veriſſimum eſt ſubiectū intelligentie ſupra quam nullam habet cauſalitatē: ⁊ eſt in actu: quia non eſt variabilis de vna forma in aliam formam.

Preterea ait: ⁊ eſt intellecta in reſpectu ad aliud ſicut eſt de cōmuni materia ſcilicet. Senſus eſt: ſicut materia in potentia non intelligitur niſi per formam: primo phyſicorum. 69. ita iſte homo non comprehendit materiam celi niſi per formam appropriatam celo: eam perfecte dignoſcit quando eſt felix: imperfecte ante felicitatem: nō poteſt intelligentia licet ſit intellectio orbis orbem intelligere: cum nihil intelligentia intelligat quod non ſit intelligentia. cuius ratio eſt: nam intelligētia celeſtis non intelligit niſi intellectione per eſſentiam: qua quidem non niſi intelligentia comprehenditur.

Ulterius ait: non operatur per corpus celeſte niſi inquantum eſt ſubiectū forme operationis intellectus: ſicut intelligitur materia inquantum eſt ſubiecta forme: tamē prima materia eſt in potentia: ⁊ iſta eſt in actu: ⁊ ideo in hac nulla potentia eſt que denudari poſſit a ſua forma ⁊ non habet niſi potentiam ad vbi. Senſus eſt: non operatur intelligentia cui actio principaliter demādatur: quia non curo modo an materia ſubiecta forme cogat: non operatur inquā intelligentia p corpus celeſte niſi inquātum eſt ſubiectum forme operationis intellectus: intelligo ſubiectum intellectui qui eſt forma operans: non poteſt nāqꝫ intelligentia agere in hec inferiora corpora niſi mediante inſtrumēto corporeo. 7. methaphyſice. 31. mediat autem celum inter intelligentias que ſunt incorruptibiles non corpus: ⁊ corpora mortalia: quia celū eſt corpus incorruptibile: ſupra. 22. 8. phyſicorum. 15.

eſt itaqꝫ celū cōpoſitum nō ex mā in potētia ⁊ forma educta: ſꝫ ex intelligētia ⁊ orbe.

Digreſſio.

Contra multas propoſitiões hac ſumma approbatas inducantur nōnulle rationes: primo dubitatur nunquid due terre eiuſdē ſpeciei neceſſario tendant ad eundem locum numero: videtur ꝙ non: quia ſanguis ſortis tendit ad cor ſortis: ſanguis Platonis ad cor Platonis: tamen ſunt illi ſanguines eiuſdem rationis. Quare dico plura indiuidua eiuſdem rationis tendere ad eundē locū numero relicta ſue nāe ⁊ ſublata virtute attractiua.

Item dubitatur: qꝛ videntur poſſe eſſe plures mundi: quia generabilia variantur ergo ⁊ mundus: patet conſequentia: quia variata parte variatur ⁊ totum. Solutio eſt: quia celum eſt quaſi forma ⁊ elementa quaſi materia mundi: ideo licet fiat variatio in parte materiali: quia tamen formale idem remanet penitus inuariatum: idem mundus numero eterno permanet tempore: veluti ⁊ viuētia a principio vite vſqꝫ in finem permanent eadem nō obſtante quacūqꝫ variatione facta in materia. Quare ſi plures eſſent mundi ſimilis ſpeciei ipſi eēnt fruſtra: ſi diſſimilis ſpeciei: nullus eorum comprehenderet totam naturam corporis ſenſibilis: ergo nullus eorum exiſteret pfect⁹: ex vnitate itaqꝫ primi finis: primi motoris: prime forme ſit ſtabilita vnitas mūdi numeralis.

Iterum dubitatur: quia materia celi videtur eſſe eiuſdem rationis cum materia horum inferiorum: cum comparentur corpora celeſtia ⁊ ſubceleſtia ſm quātitatē: ſol enim maior ē terra: luna minor: cōicant autem in materia que comparantur ſm quātitatem. 2. de generatōe. 37. ergo materia celi erit tranſmutabilis de vna forma in aliam formā: ergo tota materia que poteſt ſtare ſub forma celi non erit concluſa ſub forma celi. Solutio eſt: cōparantur celum ⁊ inferiora in quantitate mathematice conſiderata: que vt ſic eiuſdem eſt ratiōis in omnibus quantitatibus. Comparantur etiam celum ⁊ hec inferiora vt naturalia ſunt: que vt ſic exigūt idē ſubiectū analogice idē non vniuoce: eſt enim nomen materie nomen analogū ad materiā celi ⁊ hoꝶ inferiorū: quare cum materia celi non ſit variabilis de vna forma in aliam formā: ⁊ mā corporū ſubceleſtium ſubiecta priuatōi ſit ꝯtinue tranſmutabilis de vna forma i aliā formā: ē mā celi alteri⁹ rōnis a materia horū inferiorum.

Rurſus dubitatur: nam ſi intelligentia daret eſſe celo: corruptio in eo eſſet poſſibilis ſicut quies: contra Cōmentatorem. 12. methaphyſice. 41. pro tanto enim inquit Auerrois non eſt poſſibilis corruptio ſicut quies in celo: quia celū ſuſcipit motum ab intelligentia: ⁊ habet eſſe ex ſe non ab intelligentia. Solutio eſt: ab intelligentia celum quidem vendicat ſibi motū: cui quies priuatiue opponitur: priuatiue autem oppoſita poſſunt fieri circa idem: ſuſcipit autem celum eſſe ab intelligentia: cui nihil penitus aduerſatur. Uel poteſt dici ꝙ celū ſuſcipit motū ab intelligentia effectiue: non autē ſuſcipit eſſe effectiue ſed formaliter. Hec itaqꝫ ſunt que preſenti ſumma vobis aperienda propoſuerā: qua quidē hec propoſitio eſt euidentiſſimis rationibus patefacta. Neqꝫ ſunt: neqꝫ poſſunt eē plures mundi: licet enim forme celi inquantum forma non repugnat pluralitas: tamen forme celi inquantū forma celi ſibi repugnat multitudo.

¶ Summa Nona Primi de celo.

Et remanet. Intentio Ariſto. preſenti ſumma que eſt a Textu Cōmenti. 96. vſqꝫ ad. 101. eſt declarare iſtam propoſitionem eſſe veram. Non eſt extra mūdū neqꝫ vacuū neqꝫ plenum: ideſt celum in tertia ſignificatiōe ex omni corpore naturali ⁊ ſenſibili ⁊ tota ſua materia cōſtituit.

¶ Sententia autem. 96. talis eſt: hoc nomen celum poteſt eſſe inſtitutum ad ſignificandū ſupremā ſperam celeſtem: ceteros orbes ſuo ambitu complectētem: que quidem perfectiſſima eſt de numero ſperarum celeſtium: poteſt ⁊ li celū importare cōgeriem corporū celeſtiū cōuexo ſupremi celi ⁊ celi lune cōcauo cōtentorum. Item poteſt deſignare aggregatū ex oībus corporibus celeſtibus ⁊ elementaribus cōtentis cōuexo primi mobilis: ⁊ hoc modo celū: mūdus ⁊ vniuerſū idem ſunt.

Auerrois primo dicit: intendit per corpus totum neutrū quod mouet ſm motū motu diurno: hoc enim corpus eſt finis mot⁹ corporū naturalium motoꝶ ⁊ mobilium recte: ideſt totum celū eſt corpus naturale in quo finit motus corpoꝶ motoꝶ mobilium ad ſupius: ergo Auerrois cōſentit huic ꝓpoſitioni: cōgregatū ex corporibus celeſtib⁹ eſt corpus nāle: aut inquit intendit ⁊ ipſū eſſe corpus nāle cuius motus eſt vltimus motus totius: motus. n. celi totius eſt vltimus oīum illorum mobiliū que ſunt apud nos: i vere eſt primus motuum: ideſt primū mobile eſt corpus naturale qđ eſt in vltimo motus totius.

Rurſus de potentia actiua velocitatis cauſatiua dico primo: intelligétie orbes naturaliter mouentes maximaz efficiunt velocitatez ⁊ tarditatez: non enim: cum ſint imutabiles ⁊ non libere ſm peripateticos velocius ⁊ tardius mouere poſſunt: ⁊ vt reor iſti termini conuertuntur: maxima velocitas ⁊ minima tarditas: ⁊ maxima tarditas ⁊ minima velocitas: ⁊ infero corelarie non dari terminatam velocitatem ⁊ tarditatez quantum ad partes celi per accidens motas: partes náqꝫ celi quáto magis puncto velociſſime moto appropinquantur tanto velocius mouentur: ⁊ quáto polis: tanto tardius moueri dicuntur: ⁊ licet in infinituz velocius aliqua pars celi indeterminata moueatur alia certa ⁊ in infinitum aliqua pars tardius alia certa data: non eſt tñ poſſibile aliquaz determinataz partem celi in infinitum velocius aut tardius alijs certis aſſignatis moueri. Dico ſecundo: potétia mutabilis reſpectu certe ⁊ ſignate reſiſtentie maximaz ⁊ minimaz actionem in velocitate ⁊ tarditate producit: ⁊ ratio eſt: quia talis potentia vnam tantuz actionem cauſare poteſt: ergo illa maxima ⁊ minima in velocitate inuenietur ⁊ tarditate. Dico tertio: ſunt qui tenét ꝙ in remiſſione qualitatis ad non graduz ad qualitatem minimá que in momento deperdatur deuenire nó valeamꝰ: arbitrantes ꝙ in motu alterationis qualitas paſſi totaliter deponenda ante primuz non eſſe talis motus in infinitum remittatur: remittitur autem qualitas paſſi in infinitum: cum ad dupluz: quadruplum ⁊ ſic in infinitum ante tale primum non eſſe remittatur: ⁊ ab illis propoſitio ſic declaratur: ſi hec qualitas minima in inſtanti ante primú non eſſe alterationis deperdi poſſet: imediate poſt illud talis qualitas nó eſſet: remitti tamen diceretur: quo nihil eſt abſurdius: ſi in inſtanti quod eſt primum quod non alterationis deperdatur talis minima qualitas: concludetur dari vltimum rei permanentis ſubſtantialis ⁊ accidentalis: ⁊ propterea voluerunt velocitatem alterationis conſequentem diminutionem reſiſtentie in infinitum creſcere ante primuz non eſſe alterationis cum quo tamen ſtat ꝙ nunꝙ̃ inuenitur reſiſtentia pro aliquo tempore ſeu momento in infinitum actu diminuta. Uerum quia teneo in ſubſtantijs homogeneis ⁊ etherogeneis inueniri maximú ⁊ minimú affirmatiue ſm naturaz diſpoſita: arbitror quoqꝫ dari maximá ⁊ minimá qualitaté ⁊ quátitaté nó abſolute ſed in reſpectu ad ſubiectuz vel formaz: iccirco dico ꝙ ſi ſit aqua ſúme frigida cui ſit applicata virtus pductiua caloris: generatione ſm quid inducetur minima caliditas: itaqꝫ imediate poſt id inſtans in quo erit calidú approximatú frigido erit remiſſa frigiditas ſed non imediate poſt hoc erit introducta caliditas: at primú inſtans deſitionis vnius gradus frigiditatis erit primuz inſtans inductionis vnius gradus caliditatis: reſiduuz deinde caliditatis intendetur per partem poſt partem in infinitum: ⁊ continuato motu deueniendúz eſt ad minimá frigiditaté: que per deperditioné ſubito deſtrueꝛ: cum minus minimo exiſtere non poſſit: ⁊ primú quod non deſitionis alterationis erit primú quod non deſitionis minime frigiditatis.

De potentia actiua durationis: dico primo: materia in potentia ⁊ contrarietas in formis cauſa eſt interitus reruz naturalium vſis: mixtum vniforme ab intrinſeco corrumpitur ꝓpter elementa deſiderátia reduci ad qualitates ⁊ loca propria. Et difformitas mixti difformis. Defectus reſtaurationis humidi in quátitate: qualitate: impotétia refrigerandi calidúz naturale ꝓpter duritié ⁊ ſiccitaté inſtrumentorú debentium ipm refrigidare cauſa eſt iteritus mixti difformis. Dico ſecundo: ad hoc vt viuens ſit diuturne vite hec requiruntur: humidum non facile exiccabile a calore naturali: non pauce quantitatis: non aqueum: ſed aereú ⁊ pingue: quia ſi eſſet aqueum citto infrigidaretur. Debitus calor ꝓportionatus humido: regio temperata: illud itaqꝫ lógioris vite erit: quod erit optime temperatum téperamento faciente ad longitudinez vite. Dico tertio: datur minimuz tempus per qd homo non poteſt durare: ⁊ dicitur maximú tempus in quo homo pót durare: cum ſit excluſiue pris non eé rei clauſum. Et ró eſt: qꝛ ſi ſz curſuz nature daretur hó téperatiſſimus qui ſemp optimis cibarijs ⁊ medio vtereꝛ cóuenientiſſimo tépus inter primú ſui eé ⁊ primú ſui non eſſe exiſteret minimú tépus per qd hó nó poſſet durare: p illud náqꝫ nó poſſet: ſed per quodlibet minus. Et a Modernis docte inferꝛ hác cóſequétiá non valere: celú durabit per tépus infinitú ergo celú habet potentiá durádi per tépus infinitú: hec de potentijs actiuis cauſantibus effectus ſuos cú reſiſtentia: quia potentie actiue ⁊ paſſiue abſqꝫ reſiſtentia actioné cauſantes ⁊ patientes ſemp affirmatiue terminantur: datur náqꝫ maximuz lumen pductuz a ſole: non eſt eniz lumen actus fluxibilis de iperfecto ad perfectú: etiaz ſi intendaꝛ ⁊ remittatur. Ex his omnibus infero corolarie primo: non datur

exceſſus

exceſſus terminatus potentie ſupra reſiſtentiaʒ ſm queʒ potentia quelibʒ agere poſſit in qualibʒ reſiſtē tiam: ſed bene daſ exceſſus terminatus ſm quem terminata potentia in ſignataʒ paſſiʒ reſiſtentiā agat. Secundo: non datur maxima proportio maioris inequalitatis ſm quam poſſit fieri actio: qꝛ ſm maiorē ſemper poteſt cauſari: ſed datur minima proportio maioris inequalitatis ſm quam quidem certa potē tia in certam agat reſiſtentiam: ſignataqꝫ potentia a ſignata reſiſtentia patiatur: ⁊ ita omnis exceſſus ſufficit ad actionem cauſandam reſpectu potentie ſimpliciter ⁊ ſine limitatione ſumpte: reſpectu tamē determinate potentie ⁊ reſiſtentie requiritur determinatus exceſſus: ⁊ vt paucis hanc rem cōplectar: ad actionem quāuis cauſandam preexigitur exceſſus: nullus tamē determinatus exceſſus neceſſarius eſt ad actionem.

De potentijs paſſiuis tractādo: dico primo: potentia paſſiua agenti poſitiue reſiſtens terminatur maximo quod non: ⁊ dicitur potius impotentia q̄ potētia: ⁊ potētia actiua equalis paſſiue eſt maxima a qua non poteſt pati potentia paſſiua. Potentia autem paſſiua limitata certa medij diſpoſitione ⁊ agentis appropinquatione terminatur affirmatiue per minimam potentiam a qua poteſt pati: datur enim minima potentia actiua a qua quidem paſſiua poteſt pati: certo gradu velocitatis ⁊ certa medij diſpoſitione: ⁊ agētis appropinquatione. Dico ſecundo: materia forme educte receptiua non terminatur aliquo termino: cuʒ ſit receptiua omnium formarum ſublunarium ſm eē reale: datur tamen maxima dimenſio que eſt ipſi⁹ ignis quam poteſt materia ſuſcipere: ⁊ minima que eſt terre: in mixtis maxime ⁊ minima dimenſio quam poſſit habere materia eſt mihi incognita. Dico tertio: primus orbis ⁊ maximo ⁊ minimo terminatur. Planete vero minimo tantum: ⁊ ratio eſt: primum orbē perficit tantuʒ prima intelligentia: planetas plures intelligentie nobilitant: vna tamen tantuʒ ſm eſſe reale: inferior eniʒ intelligentia ſine ſuperiorib⁹ nō informat: ſed bene ſuperior abſqꝫ inferiori. Amplius intellectus humanus nullo modo terminatur: cum ſit omniuʒ intelligibiliuʒ capax: verūtamen inuenitur perfectiſſimuʒ quod poſſit intellectus recipere: ⁊ eſt prima intelligentia: imperfectiſſimum: ⁊ eſt forma elementi: materie enim prime repugnat ſuſcipi in intellectu: cū ſit pura potentia. Dico quarto: nihil videtur quod appareat indiuiſibile: ſiue videatur per ſe per intentionem ſibi appropriataʒ: ſiue per accidens ⁊ indiſtincte: vt ſentiuntur partes ſenſibilis: que ſunt ſenſibiles etiam ſi non poſſent ſentiri: ⁊ ſi aliquis viſus poſſet per ſe pati ab aliquo ⁊ a ſubduplo ⁊ ſubquadruplo ⁊ ita deinceps: ille viſus eſſet infiniti vigoris: quia in infinitum minorato viſibili in infinitum maioratur viſus debens illud videre: in de ſenſu ⁊ ſenſato: non efficitur tamen viſus infinite perfectionis ſi patiatur ab aliquo partialiter ⁊ indiſtincte ⁊ a ſubduplo ⁊ ſubquadruplo ⁊ ſic in infinitū: infinite.n. parua eſt certa albedo viſu ſenſata in toto: non tamen infinite parua albedo ſeorſuʒ exiſtens vt non in toto videri poteſt: vnde concedunt maximū viſibile qđ nō poteſt per ſe videri: quia hoc nō poteſt per ſe videri: nec aliquod ſibi equale vel minus ſub tanta quantitate p̄ciſe ſub qua eſt: ſed quodlibet maius vel cuilibet maiori aliquod equale. Datur tamen minimuʒ viſibile quod poteſt per ſe videri a determinato viſu: certa intenſione: certo ſpatio: certa ſignataqꝫ diſtantia. Amplius reperitur maxima diſtantia per quā ignis pōt agere in paſſum: ⁊ eſt minima vltra quaʒ nō pōt fieri actio: ⁊ inuenitur maxima diſtantia per quam viſibile agit in viſum: ⁊ eſt minima vltra quaʒ non poteſt viſibile agere in viſum propter diſtantie magnitudinē: quia inter omnes diſtantias vltra quas non poteſt propter diſtantiaruʒ magnitudineʒ: hec eſt minima: ſed propter ſpatij exiguitateʒ comperta eſt maxima diſtantia vltra quaʒ viſibile non poteſt agere in viſuʒ: hec de potentijs.

Opinio cōmunis.

Contentio eſt non deſpicienda inter expoſitores. Doctores de via cōmuni tenentes has propoſitiones. A proportiōe equalitatis non fit actio: neqꝫ minoris inequalitatis: ſed a qualibet proportione maioris inequalitatis bene nata eſt cauſari actio: proponunt has propoſitiōes. Prima eſt: cuiuſlibet hominis potentia portatiua tā propinqua q̄ remota terminatur per minimū quod non: vnde maximuʒ quod ſic ⁊ minimuʒ quod non reſpiciunt potentiam actiuam. Secunda propoſitio eſt: potētia paſſiua abſolute ſumpta terminatur per maximuʒ quod non: vnde minimum qđ ſic: ⁊ maximuʒ quod nō: potentiaʒ reſpiciunt paſſiuaʒ. Tertia propoſitio eſt: licet detur maximū viſibile quod non poſſit per ſe videri: datur tamen minimū viſibile qđ poteſt per ſe videri a determinato viſu: certa intenſione: certo ſpatio ⁊ ſignata diſtantia. Quarta ppoſitio ē: datur maxima velocitas qua hoc mobile pōt moueri per medium tante vel tante reſiſtentie: ⁊ maximuʒ ſpatium per quod hoc mobile poteſt moueri in hoc tempore ⁊ cuʒ tanta reſiſtentia ⁊ ſi omnis exceſſus ſufficiat ad mouendum propoſitionib⁹ inductis erit penitus cōſentiendu3.

Alia opinio.

Sunt qui arbitrantur hanc propoſitioneʒ eſſe falſam: omnis exceſſus ſufficit ad mouēdum: nam quēadmodum entia naturalia ſunt maximo ⁊ minimo affirmatiue determinata: ita daſ minimus exceſſus ⁊ minima proportio ſufficiens ad motum: ⁊ minima tarditas motus: non poteſt nāqꝫ motus tardari in infinitū in ipſis mobilibus per ſe: quod dicitur propter partes rote propinquas centro: ⁊ partes celi propinquas polis. Ego autē puto hanc propoſitioneʒ eſſe veram: omnis exceſſus ſufficit ad actioneʒ cauſandaʒ reſpectu potentie ſimpliciter ⁊ ſine limitatione ſumpte: reſpectu tamē determinate potentie ⁊ reſiſtentie p̄exigitur determinatus exceſſus: his fundamentis. Quilibet exceſſus quantūcunqꝫ modicus idoneus eſt pro continuatōe motus ergo ⁊ pro inceptiōe motus: ſi enim nō quis exceſſus ſufficiat ad inchoandum ſed ad cōtinuāduʒ motum: hoc eſt: quia difficilius eſt inchoare q̄ continuare: vel igiſ eſt infinite difficilius vel finite: ſi finite ergo in aliqua propoitione: ſit igitur ꝙ in duplo ſit difficilius inchoare motuʒ q̄ continuare: ⁊ ſit. A. exceſſus non ſufficiens pro motu incipiendo. A. eſt exceſſus diuiſibilis ergo medietas. A. eſt idonea ad continuandum motum: ⁊ cum in duplo difficilius ſit inchoare motum q̄ continuare ergo. A. quod eſt

duplum ad ſuā medietatem erit ſufficiens pro ince/
ptione motus: ⁊ ſimiliter procedatur qualibet pro/
portione aſſignata. Item niſi quilibet exceſſus ſuffi
ceret ad mouenduꝫ: non eſſet verū ꝙ ſi totus motor
in aliquo tempore per aliquod ſpatiuꝫ certa veloci/
tate moueat totuꝫ mobile: medietas motoris ꝑ ideꝫ
ſpatium in eodem tempore ⁊ equali velocitate mo/
ueat medietateꝫ mobilis: ſit. A. exceſſus nō ſufficiēs
pro inceptione motus: ſit. B. exceſſus idoneus pro
motu inchoando duplus ad. A. cū exceſſus. B. ſuf/
ficiat pro motu certe velocitatis inchoādo ſupra cer/
tum datum mobile ergo medietas. B. ſufficiet pro
incipiendo motu ſupra medietatē dati mobilis pari
velocitate: at medietas. B. eſt equalis. A. ergo. A. ē
exceſſus ſufficiens pro inchoatiōe motus. Amplius
ex ꝓportione. C. ad. D. ꝓuenit motus aliquāte ve/
locitatis ergo ex ſubdupla ꝓportione ad ꝓportionē
C. ad. D. ꝓueniet motus ſubduple velocitatis: his
rōnibus que ſunt doctoꝝ de via cōmuni teneo oēm
exceſſuꝫ ſufficere ad mouēduꝫ reſpectu potentie ſim
pliciter ⁊ ſine limitatiōe ſumpte. Unde lꝫ debeꝫ mini
ma nāliа: nō tñ datur minimus motus ⁊ minima tar
ditas motus: nam ⁊ tēpus ⁊ motus ſunt cōtinua di
uiſibilia in infinitū: ⁊ vt paucis cōceptū meuꝫ abſol
uam: qꝛ feſtino ad alia. Sit aqua ſumme frigida ⁊ hu
mida: cui caliduꝫ ſit ꝓximū eam calefaciēs: non aſſi
gnabitur pria pars frigiditatis ſublata: quacūqꝫ. n.
frigiditate ablata: pri⁹ medietas ⁊ medietas medie
tatis auferebaꝫ: nūc nō eſt ablata aliqua pars frigi
ditatis: ⁊ imediate poſt hoc erit ſublata aliqua pars
frigiditatis ergo frigiditas deſinit eſſe per primū ꝙ
nō: ergo ſi nūc frigiditas reſiſtat vt. 8. imediate poſt
hoc reſiſtet minus ꝙ̄ vt. 8. ⁊ erit minor reſiſtentia in
aliqua ꝓportiōe: in nulla tñ certa ⁊ determiata ꝓpor
tione erit minor: ⁊ ita illa frigiditas remitteꝫ ſucceſſi
ue per partē poſt partē in īfinitū vſqꝫ ad vltimū gra
duꝫ frigiditatis q in momēto deperdeꝫ: cū pars illi⁹
gradus ꝑ ſe exiſtere nō poſſit: ergo nō dabiꝫ minim⁹
motus: ſꝫ depditio momētanea. Uel minimū lꝫ dep
datur in inſtanti quātuꝫ ad eſſe nāliter diſpoſitū nō
tñ quātuꝫ ad eē ꝓternāliter diſpoſitū: daꝫ. n. vltimū
diſpōnis nālis: ⁊ primū ꝙ non diſpōnis ꝓternatura
lis. At caliditas induceꝫ ꝑ primū ꝙ ſic quātuꝫ ad mi
nimū illius qđ poſſit ꝑ ſe exiſtere: intendetur poſtea
ſucceſſiue ꝑ partē poſt partē in infinituꝫ: ecce igiꝫ ꝙ
ꝯceſſis minimis fateor dari ſubitas ⁊ momētaneas
inductiōes formarū: necnō ⁊ deperditiōes: nequaꝙ̄
tñ cōcedenduꝫ eſt dari minimū motū ⁊ minimā mo
tus tarditatē: hec de digreſſione pro opportunitate
loci ⁊ temporis dicta ſufficiant.

Sniа Text⁹ Cōmenti. 118. Ariſtoteles incipit
ꝓbare cōuertibilitatē inter gnābile ⁊ cor
ruptibile: ⁊ ꝓpterea ſi celuꝫ ñ erit gnābile: nō exiſtet
vtiqꝫ ⁊ corruptibile: ⁊ prio poniꝫ hec ꝓpoſitio. Si
qd poſſibile ē eſſe ⁊ nō eſſe: hꝫ tēpus determinatum
ad eē ⁊ ad nō eē. i. de quocūqꝫ eſt verū dicere: ꝙ eſt
poſſibile eſſe ⁊ nō eē eſt veꝝ dicere ꝙ hꝫ tēpus deter
minatuꝫ ⁊ ad eſſe ⁊ ad nō eſſe: vt canis pōt qdem ali
quo tpe eſſe: ⁊ altero nō eſſe: ⁊ tēpus qđ victurus
eſt canis determinatū ē: tēpus ēt qđ ꝓcedit gnātiōeꝫ
⁊ corruptionē ſequiꝫ determinatū ē: plus tñ tpis ha
bēt res naturales determinatū ad nō eſſe ꝙ̄ ad eſſe:
qꝛ multū habēt potētie ⁊ parū actus. Et ne hoc itel
ligeretur tm̄ de eſſe ſubſtātiali: ſubiungit id verum
eſſe ſm quodcūqꝫ predicamentū: ſi quid nāqꝫ poteſt
eſſe bicubitum per augmentationē: ⁊ non bicubituꝫ
alio tēpore: tēpus eius quo ſit bicubitū natura con/
ſtitutum eſt: ⁊ quo etiā non ſit bicubitum. Similiter
ſi quid poteſt eſſe calidū ⁊ non calidū: vtrunqꝫ tem/
pus natura ordinatum eſt: ⁊ ſi quid poteſt moueri ſꝫ
locum ⁊ non moueri: determinatū eſt tempus quo
moueatur ⁊ quo non moueatur: vnde ſi neutrū tem
pus eſſet determinatū: quo res naturalis poſſet eſſe
⁊ non eſſe: ergo toto tempore infinito res naturalis
haberet potentiam vt ſit: ⁊ eodeꝫ tēpore infinito po
tentiam vt non ſit: aut ſaltem altero tempore infini/
to haberet potentiam vt non ſit: ergo ideꝫ haberet
potentiam vt ſit ⁊ non ſit eodē tempore infinito: aut
vt ſit vno tempore infinito: ⁊ non ſit altero tempore
infinito ergo plura exiſterent infinita: quod eſt im/
poſſibile.

Auerrois dicit primo: Entia per potentiā
que eſt in eis ad generationeꝫ ge
nerantur: ⁊ per potentiaꝫ que eſt in eis ad eſſe ſunt:
⁊ corrumpuntur per defectum iſtius potentie: ⁊ hec
eſt cauſa quod dicitur. 8. phyſicoruꝫ. 4. omne quod
eſt poſtꝙ̄ non fuit: neceſſe eſt ipſum fuiſſe ante ī po
tentia: ⁊ omne quod mouetur poſtꝙ̄ non mouebaꝫ
neceſſe eſt vt ante eſſet poſſibile vt moueret: ⁊ pro/
pterea quēadmodum eſſe ⁊ non eſſe ſunt actus op/
poſiti ita ⁊ potentie ad eſſe ⁊ non eſſe: que eidē non
poterunt ineſſe ſimul ſꝫ idem tempus ergo inter eē
rei naturalis ⁊ non eſſe eiuſdē neceſſarium eſt cade/
re tempus determinatuꝫ quod ſit diſtinguēs eſſe ei⁹
ab eius interitu q terminaꝫ ad nō eſſe ipſi⁹: quotiēſ/
cūqꝫ. n. eidē exiſtēti ſm actū attribuiꝫ potētia ad eē
⁊ potētia ad nō eē: oꝑꝫ tales potētias hēre ſucceſſio
nem in eo: ⁊ opus eſt vt inueniaꝫ tempus diſtiguēs
inter ipſas.

Item ait: diximus ipm hēre potētiam ad eē cē/
tum ānoꝝ ⁊ non habere eſſe pluſꝙ̄ cen
tū ānoꝝ: ⁊ ſimiliter de qualitate ⁊ quantitate ⁊ alijs
predicamentis: cuꝫ attribuimus eis potētiā ſcilicet
ꝙ terminam⁹ omnes has potentias ex vltimis ſuo/
rum actionū in tempore ſcilicet ex vltimo tēpore in
quo poſſibile eſt vt iſtud remaneat ens: corrupiōeꝫ
aūt terminamus ex primo tempore in quo poſſibile
eſt generari: cū hoc generari in hoc ſit hoc corrum/
pi. Senſus eſt: tanta eſt repugnātia inter potentias
ad eſſe ⁊ non eſſe: quāta eſt inter eſſe ⁊ nō eē ergo i/
poſſibile eſt potētias ad eſſe ⁊ nō eſſe ineſſe eidē exi/
ſtenti in actu ſm idē tēpus ergo neceſſariū eſt tēpus
determinatum cadere inter eſſe ipſius ⁊ non eē eiuſ
dem: aliter oppoſita ineſſent eidē ſm idē tēpus. Ue
rum quia idem erat primū non eſſe forme corrum/
pende ⁊ primū eſſe forme inducēde dicit Auerrois:
terminamus corruptionē ex primo tempore in quo
poſſibile ē corrūpi: ⁊ potētiā generādi ex prio tpe ī
quo poſſibile eſt generari: cuꝫ hoc generari in hoc
ſit hoc corrumpi.

Iterum ait: ſi igitur aliquis finxerit potētiā
eſſe non terminatā in aliquo tempo
re ſcilicet non habere principiū neqꝫ fineꝫ erit vtra/
qꝫ potentia que eſt ad aliquid ⁊ ad ſuum oppoſitum
infinita. Senſus eſt: ſi alicui rei cōcederetur virtus
ad eſſe ⁊ non eſſe: itaqꝫ vnum ⁊ continuum foret tē/
pus vtriuſqꝫ potentie: ſic ꝙ nō compararētur ad di/
uerſa tempora diſtincta per intermediū tempus in/
tercidens etiaꝫ inter ipſas. i. ꝙ nec paruum nec ma/
gnum tempus inueniatur ſecernens tempus vnius
ab alterius

ab alterius tempore: ⁊ tunc oppoſita ineſſent eidez ſimul in eodē tpe: qđ conſtat eē īpoſſibile: ergo notat aliqđ reſpectu determinati tēporis: ſimiliter ⁊ poſſibile non eſſe.

Pro vltimata huius rei declaratione induco quaſdā ꝓpoſitiōes approbatas a doctoribus de via cōi. Prima eſt: nō lz aſſignare minimum tēpus per qđ res naturalis durare poſſit, nā p qđcūqꝫ tēpus pōt res durare: pōt ⁊ per minus illo durare. Secūda ꝓpoſitio eſt: non daꝫ maximū tempus per quod res naturalis durare valeat: nam ſi ſic: daretur vtiqꝫ vltimū inſtans rei permanentis in via deſitionis: quia ſi per iſtud tempus poteſt durare: ergo ⁊ per inſtans: ſi eiꝫ ſortes nūc eſt ergo ⁊ imediate poſt hoc erit. Tertia ꝓpoſitio eſt: non inuenitꝫ maximū tēpus per quod res naturalis non poſſit durare: nā quocūqꝫ tempore dato per quod res naturalis non poteſt durare reperitur maius tempus per quod quidē nō pōt durare: ergo īter tempora per que res nālis nō pōt durare nullū datꝫ maximū tēpus per qđ nō poſſit durare. Quarta ꝓpoſitio eſt: datꝫ minimuꝫ tēpus per qđ hō nō pōt durare: ⁊ ē tēpus inter primū eſſe ⁊ primū nō eſſe rei naturalis: ⁊ cōuertunꝫ iſte due ꝓpoſitiones: datꝫ maximū tempus in quo res pōt durare: ⁊ minimū tempus per quod res naturalis nō poteſt durare.

Sentētia. 119. aliquid eſſe verū: falſum: poſſibile ⁊ impoſſibile ītelligiꝫ ⁊ ex ſuppoſitione ⁊ ſimplr: aliquid eſt verum ex ſuppoſitione: quod tñ eſt falſum ⁊ impoſſibile ſimpliciter: ſimiliter aliquid eſt falſum ex ſuppoſitiōe quod tamen ſimpliciter ⁊ nulla ſuppoſitiōe facta verum eſt ⁊ neceſſariū. Ergo cū impoſſibile ⁊ falſum non oīo idem ſint: neqꝫ poſſibile ⁊ verum non erit ideꝫ ſupponere falſum ⁊ ſupponere impoſſibile: verū ⁊ poſſibile: ſuppoſito nāqꝫ impoſſibili colligitur impoſſibile: at ſuppoſito falſo poſſibili nunqꝫ ſequiꝫ impoſſibile: ſimiliter ad ſupponere poſſibile aliquid ſeqtur quod non ſequitur ad ſupponere verum: nam ſuppoſito poſſibili bene ſequitur falſum: ſuppoſito autem vero nunqꝫ deducitur falſum: cum ex vero non ſequatur falſum. Et ideo idem ſimul habet potentiaꝫ ad oppoſita ſucceſſiue habenda: nihil tamē habet potentiam vt oppoſita ſimul habeat: ⁊ ad ſecludendum ſophyſticas inſtantias: illa particula ſimul debet determinare verbum: habet potentiam: ⁊ non accuſatiuum oppoſita: vt ipſe ſedens habeo nunc potentiā vt ſedeā vno tēpore: ⁊ non ſedeā alio tempore: non tamen habeo potentiaꝫ vt ſedeam ſimul ⁊ nō ſedeā: cū tūc due ꝯdictorie eēnt ſimul vere.

Auerrois primo dicit: cū declarauit ꝙ contingit dicenti ꝙ in aliquo qđ eſt ens p tempus infinitū eſt potētia ad nō eſſe: vt due potētie inſimul ſint infinite: ⁊ qꝛ tēpus actionis vnius potētie non ſit aliud a tempe ſecunde potētie. Senſus eſt: ſi erit potentia non terminata in aliquo tempore non habens principiū ⁊ finē erit vtraqꝫ potentia que eſt ad aliquid ⁊ ad ſuum oppoſitum infinita: qđ cōſtat eſſe impoſſibile.

Item ait. Dedit exemplum de poſſibili vt triangulum eſſe iſochellem: qđ ē poſſibile eſſe: ⁊ id laborant geometre declarare quomodo poſſit inueniri. Senſus eſt: poſſibile quidem eſt ſicut triangulum eſſe iſochellem: poteſt enīz triāgulus eē iſochelles ⁊ poteſt nō eē iſochelles: pp qđ laborat vir geometricus ad declarandū iſochellem ſub ratione trianguli.

Iterum ait: ergo nō inueniēt in eo due potentie inſimul: qꝛ ſic inuenirentur in eo due actiones inſimul in eodem tempore: ⁊ voluit oſtendere per hoc ꝙ ſic eſt de potentia ad oppoſituꝫ ſicut de ipſis oppoſitis ſcilꝫ qꝛ duo oppoſita nō congregantur inſimul: ſic ⁊ earuꝫ potentie nō ſimul congregantur in eadeꝫ materia. Senſus eſt: impoſſibile eſt idem ſubiectū eſſe in potentia ſimul ad oppoſita. 3. phyſicoꝝ. 10. potentie cōtrarioꝝ ſunt cōtrarie. Cōtra. 4. methaphyſice. 20. neceſſariū eſt cōtraria inueniri in eodem potentia nō actu: ⁊. 9. methaphyſice. 17. oīs potentia eſt ſimul cōtradictionis. Diſtinctio de potentia radicali ⁊ abſoluta materie ⁊ reſpectiua ſoluit: fateor. n. idē ſubiectū cōtrariorum eſſe in potentia indeterminata ad oppoſita: quia nulluꝫ illoꝝ ſibi determinat: nullum tamen eſt ſubiectuꝫ in potētia reſpectiua ad oppoſita imediata circa ipſuꝫ: quia non reſpicit ſubiectuꝫ formaꝫ qua non caret: ſed reſpicit id oppoſituꝫ quo non actuatur. Rurſus dubitatur: quia. 9. methaphyſice. 10. ⁊. 18. ponitur differentia inter potentias rationales que ſunt ſimul in potentia ad oppoſita contradictoria: ⁊ irrationales que non poſſunt non agere actiuo ⁊ paſſiuo approximatis. Solutio eſt: poteſt eſſe ꝙ aliquid ſit ſimul in potentia actiua contradictorioꝝ: voluntas nāqꝫ humana equaliter reſpicit duo oppoſita non exiens tñ in actu ſine determinante. 2. phyſicoꝝ. 48. nulluꝫ eſt tamen ſubiectuꝫ in potentia paſſiua ſimul ad oppoſita: ſicut nec ſubiectuꝫ poteſt recipere ſimul oppoſita: ita non poteſt agens ſimul agere oppoſita: quia ſi actiuū actu agit: potentia eſt nō agens: ſi agit actiōe a qua poſſit deſiſtere: ſi non agit: potentia eſt agens: quare concludo potentiaꝫ vnius contrarij compati actuꝫ alterius contrarij: non tamen potentiam: ⁊ vt clare diſtincteqꝫ hoc intelligātur inducantur iſte ꝓpoſitiones: eadem eſt materia contrarioꝝ ſm ſubſtātiaꝫ alia tñ ſm eē: ꝓprio de gnātiōe. 22. 10. methaphyſice.. 14. 12. methaphyſice. 11. Subiectū eſt ſimul eſt in potētia ad ꝯtraria mediata: ſucceſſiue ad cōtraria īmediata. Iterum: non omnes potentie ſimul in aliquo ſubiecto inuente: ad actum ſimul trahi poſſunt: vt conſtat de potentijs ad contraria mediata: vnde ex ſimultate potentiaruꝫ non licet concludere cōpoſſibilitatem actuū ſimul: actibus earuꝫ longiſſime diſcrepantibus ⁊ aduerſantibus.

Sententia. 120. nullum perpetuū a parte poſt pōt non eſſe: quia ſi aliqđ eſt perpetuū: poteſt ſemp eē: ⁊ ſi perpetuū pōt aliqñ non eē ergo potens ſemp eē pōt aliqñ non eē: ⁊ ita idē ſimul erit in potētia ad oppoſita imediata ꝗ idē erit tempus exitus duaꝝ potentiaꝝ in actu: quare ſi perpetuū poteſt nō eē: ponatur ꝙ perpetuū non ſit: tunc idem ſimul eſt ⁊ non eſt: ſed hoc eſt impoſſibile ergo impoſſibile eſt perpetuū poſſe non eē: at ſi quis huic rationi obuiaret dicendo perpetuū poſſe nō eē: ⁊ talem propoſitioneꝫ non deberi poni ineſſe: tuꝫ qꝛ eſt de ſenſu diuiſo: tum qꝛ repugnat conceſſo ꝙ ſcilꝫ perpetuū erit ſemp. Solutio eſt: dico primo Ariſtotelez primo elenchoruꝫ diſtinxiſſe omnes tales ꝓpoſitiones. Dico ſecūdo ꝓpoſitiones diuiſas poni ineē non in ꝓprijs terminis: ſed poſito ꝓnomine demōſtratiuo pro ſubiecto: ⁊ hoc ſufficit in ꝓpoſito: quia ponatur hec: hoc non poteſt nō eē demōſtrata re que

poteſt ſemp durare. Dico tertio: ꝙ repugnātia termīnoꝝ de eodē nō tollit quin ad minus ſucceſſiue ⁊ in diuerſis tēporibus ꝯcedi poſſit vtraqꝫ pars repugnans: ſed in ꝓpoſito id fieri nō pōt: qꝛ quicunqꝫ cōceſſeris hanc ꝓpoſitionē: hoc nō eſt: ſtatim ſequit̄ ꝙ nunꝗ̄ hoc fuit: nec vnꝗ̄ erit eternū: nedum ꝙ hoc nō ſit ꝑpetuū: ⁊ cā eſt: qꝛ illi qđ eſt vel pōt eſſe perpetuū repugnat nedū nō eē ſed poſſe nō eſſe: ⁊ ꝓpterea illa: hoc nō eſt: demonſtrato eo de quo verificari pōt ly eternum eſt impoſſibilis: ergo iſta ꝓpoſitio erit vera: omne ſempiternum eſt incorruptibile.

Auerrois primo dicit: cū declarauit ꝙ potentie que inueniunt̄ in eadē re ad eē ⁊ nō eē ſunt finitoꝝ tēpoꝝ ⁊ diuerſe: ⁊ rō ē: oē id qđ hꝫ potentiā ad eē ⁊ ad nō eē hꝫ iſtas potentias ſm̄ finitum tēpus: qꝛ aliter nō diſtingueret̄ tempus vnius potētie a tēpore alterius: ⁊ tēpus vnius actꝰ nō diſtingueret̄ a tēpore alterius actus: ſi ergo inuenirent̄ in aliquo potētie ad oppoſitas res nō terminatoꝝ tēpoꝝ: ſed tēpus cuiuſlibet potētie ſit infinitum: cōtingit vt ille potētie agant ſuas actōes in eodem tempore inſimul: non ꝙ vnum eorum agat in tempore aliquo in quo tempore non aget ſecunda.

Item ait: ſi aliqs finxerit aliqd eternū hīe potentiā ad corruptionē: finget ꝙ aliqd habebit potētias ad res oppoſitas in tpe infinito: potētia. n. ad eē ⁊ nō eē inuenit̄ in eo ꝑ tēpus infinitū: ⁊ ꝗ finxerit ꝙ in eodē īuenient̄ potētie ad res oppoſitas in tpe infinito: ponet ꝙ illud nō facit illas actiones oppoſitas in tēporibꝰ diuerſis: ſed in eodē tpe inſimul: qđ eſt impoſſibile ſcilꝫ actōes ꝯrias in actu exire. Senſus ē: ſequelle iſte colligūt: eternū hꝫ potentiā ad corruptōeȝ: ergo potētie ad res oppoſitas inueniunt̄ in eodē ſimul: ergo actus pugnātes adinuicē illis potētijs correſpōdētes exiſtēt ſimul in eodem: ergo ſi in eterno eēt potētia ad corruptōem eēt tēpus actōis potētie cū tpe ſui eē idē: ergo eternū nō ē poſſibile vt corrūpat̄. Eſt quoqꝫ impoſſibile vt aliqd ſit eternū poſtꝗ̄ generabat̄: qm̄ ſi fuerit non ens in actu in aliquo tpe: erit nō ens in potētia cum fuerit ens actu: neceſſario igit̄ erit in eo potentia vt nō ſit: ⁊ qꝛ in futurū inuenit̄ eternū habebit potētiā vt nō ſit ꝑ tēpus infinitū: ⁊ vt ſit inſimul: ⁊ ſequit̄ impoſſibile predictum.

Iterum ait: ⁊ nō debet aliquis dicere: cū fuerit ens in actu nō habebit potentiā ad non eē: qm̄ dices: qꝛ qđ caret potentia ad aliquid impoſſibile eſt oīo vt ſit in eo: ſi igitur caret aliquid potentia ad nō eē: impoſſibile eſt vt aliquo tempore ſit nō ens: ſed iam poſitum eſt poſſibile vt in aliquo tempore ſit nō ens: qđ ergo impoſſibile eſt nō eē poſſibile eſt nō eē: ergo concludendū eſt nō eē poſſibile vt aliqd ſit eternū poſtꝗ̄ generabatur.

Digreſſio Auerrois.

Debes ſcire. Tota hec digreſſio ſtat in h. Quia antiqui crediderūt potentiam ad non eſſe infinitam in futuro: ſicut ⁊ potētiam ad eſſe viderunt infinitam in preterito: ideirco Auerrois voluit oſtendere potentiam ad corruptionem nullam eſſe infinitam: potentiam autem ad generationē accidentalem docet eē infinitam: eſſentialem finitā: vnde duplex eſt potētia materie: abſoluta ⁊ reſpectiua: ⁊ reſpectiua alia eſt accidentalis: alia eſſentialis. Accidētalis ē eterna a ꝑte añ: ⁊ deſinit eē a parte poſt: ⁊ fundatur in priuatione ⁊ terminat̄ ad formam generandam ⁊ multiplicatur ad numerationem formarum inducendarum: neqꝫ inconuenit reſpectus rationis ⁊ infinitos eē ⁊ eternos tantum a parte ante. Potentia eſſentialis eſt noua ex vtraqꝫ parte: ⁊ fundatur in materia diſpoſita: ⁊ hanc potentiam neceſſarium eſt reduci ad actum: cum incipiat eſſe in materia in tempore interminato ante primū eſſe forme inducende nullo alio inſtanti clauſo: ita ꝙ quando eſt verum dicere: hec materia non eſt ſub A. forma ſed neceſſario eſt futura ſub. A. forma: tūc potentia reſpectiua eſſentialis incipit eſſe in materia: ⁊ exiſtit noua ex vtraqꝫ parte: ⁊ quia neceſſe eſt vnumquodqꝫ corruptibile deſinere eſſe ⁊ corrumpi in contrarium determinatum. Ideo non poteſt potentia ad corruptionem accidentalis ⁊ eſſentialis inueniri infinita: quinimmo exiſtimandum eſt hanc propoſitionem eſſe falſam: datur potentia infinita accidentalis ad corruptionem: quia potentia accidentalis non neceſſario reducitur ad actum: ſed omnis potentia ad interitum opus eſt: vt ad actum reducatur: potentia autem ad generationē accidentalis eſt infinita a parte ante: eſſentialis eſt noua ex vtraqꝫ parte. ¶ Series autem verborum Auerrois talis exiſtit: debes ſcire ꝙ potentia ad aliquid eſſe non eſt infinita in preterito tempore cum fuit accepta in ſubiecto propinquo generationi ſcilicet finita in duobus extremis: id eſt potentia eſſentialis ad generationem ⁊ ordinata non eſt infinita: at ſi potentia ad aliquid fuerit accepta in prima materia tunc eterna fuit in preterito: ſed tamen iſta potentia que ſemper fuit in prima materia eſt indiuidui entis per accidens vel accidentis: id eſt talis potentia eſt potentia reſpectiua accidentalis infinita ⁊ eterna a parte ante: que non neceſſario reducitur ad actum. Et cum quidam homines vt fuit Anaxagoras acceperāt hanc potētiā que eſt per accidens: quaſi eſſentialis tenuerunt eſſe poſſibile vt aliquid non ſit per tempus infinitum in preterito: deinde poſt erit: quapropter eſt potentia ad ſuum eſſe infinita: ⁊ cum putauerint ꝙ potētia ad eē poſſibile ē vt ſit infinita: exiſtimauerūt ⁊ ꝙ poſſibile eſt ꝙ potētia ad corruptionē in aliquo ſit infinita in futuro: error igit̄ horū eſt ꝙ acceperūt eēntialr̄ quod eſt accidentaliter: deinde aſſimilauerūt eſſentialē potentiam ad corruptionē accidentali potentie ad generationem: impoſſibile eſt. n. in aliquo inueniri potētiā ad corruptionē infinitā neqꝫ accidētalr̄ neqꝫ eſſentialr̄: potentiam aūt ad generationē poſſibile eſt īfinitā reperiri accidentalr̄ nō eſſentialr̄. i. qdā phꝝ ꝑſpicientes potētiā īfinitā ad eē inueniri in mā̄ ⁊ neſcientes diſtinguere īter id qđ eſt eēntiale ⁊ accidētale ⁊ inter ſm̄ qd ⁊ ſimpliciter voluerūt ꝙ nō eēt incōueniens potēs ad eē eſſe potēs ad nō eē per tēpus infinitū: errauerūt aūt quia lꝫ potentia ad generationē accidentalis ſit infinita: potētis tamē ad gnātionē eſſentialis ⁊ ordinata nō eſt infinita: vñ ad corruptionem nulla potētia eſt infinita: ſed ad gnātionē potētia accidentalis eſt infinita: eēntialis vero finita: quia licet non omne generabile neceſſario generetur: tamen omne corruptibile neceſſario corrumpetur.

Sententia. 121. Quādoqꝫ eſſe ⁊ quandoqꝫ non eſſe ſunt de eēntia generati ⁊ corrupti ⁊ repugnant ſempiterno habenti virtutem ad ſemper exiſtendum ſm̄ omne tempus infinitū

infinitum: vnde de ſemper exiſtente nõ poteſt verifi cari ꝙ ſit ſemp nõ ens: neqꝫ ꝙ ſit nõ ſemp ens ergo ꝑpetuuꝫ nõ eſt corruptibile: neqꝫ generabile: ⁊ cum aliqñ nõ eẽ ſequat ad corruptibile ⁊ genituꝫ ⁊ remo ueatur a ſempiterno ergo corruptibile ⁊ genitum a ſempiterno auferuntur.

Auerrois primo dicit: corruptibile dicitur duobus modis in actu ſcilicet ⁊ in potẽtia: in actu eſt illud qđ fuit in tẽpore ꝑterito ens ⁊ mõ nõ ens: ⁊ dꝫ vocari corruptuꝫ: in potentia aũt eſt illud qđ mõ eſt nõ ens potentia .i. corruptibi le põt nõ exiſtere in tpe futuro finito: nõ infinito: at conditio generati eſt vt primo nõ ſit: deinde ſit poſt modum non ſit.

Item ait: ⁊ cũ declaratũ eſt ꝙ generabile ⁊ cor ruptibile cõueniũt in hoc ꝙ in aliquo tẽ pore nõ ſunt: ⁊ qđ eſt hmõi hꝫ potentiã finitã vt cor rumpat in tpe finito: eternum aũt nõ hꝫ potentiã vt corrumpatur neqꝫ in tẽpore finito: neqꝫ infinito: ⁊ intendebat per hoc ꝙ ſi in eo inueniat potẽtia in tẽ pore infinito continget predictuꝫ impoſſibile: qđ .ſ. eẽt ⁊ non eẽt. Senſus eſt: hec duo: aliquãdo eẽ ⁊ ali qñ non eẽ ſunt de eſſentia gnãbilis ⁊ corruptibilis.

Sententia. 122. ⁊ .123. non ſemper ens po nit quandoqꝫ eſſe ⁊ quandoqꝫ non eẽ: non ſemper nõ ens qñqꝫ eſt ⁊ qñqꝫ nõ eſt: ⁊ ſunt iſte negatiões medie inter ſemp ens ⁊ ſemp non ens: ⁊ a quocunqꝫ a quo remoueꝫ ſemp ens ⁊ ſemp nõ ens illi attribuit nõ ſemp ens ⁊ nõ ſemp nõ ens: iſta ergo propõ eſt vera: oẽ ſemp ens eſt incorru pti bile pariter ⁊ ingenitũ. Item nulluꝫ ſemp ens eſt ge nituꝫ aut corruptibile. Unde iſti duo termini ſemper ens ⁊ ſemp nõ ens ſe hñt vt ꝑpoſitiões cõtrarie: ſem per ens ⁊ non ſemper ens vt contradictorie ſimili ter ſemp nõ ens ⁊ nõ ſemper nõ ens: nõ ſemp ens ⁊ nõ ſemp nõ ens vt ſubcõtrarie.

Sententia. 124. Non põt generabile ⁊ cor ruptibile eẽ ſempiternũ: ne de eodeꝫ cõtradictoria verificent: ⁊ fundant oẽs rões future ſuper primam factam Textu Cõmenti. 120. ſi enim eſt aliquid ſemper ens: id neqꝫ genitum eſt: neqꝫ corruptibile: patet: quia omne genitum ⁊ cor ruptibile poteſt nõ eſſe: genitum enim aliquãdo nõ fuit ⁊ corruptibile aliquando nõ erit: at ſemper ens nõ habet potentiam ad nõ eẽ: igitur nullum ſemper ens eſt genitum aut corruptibile ꝙ autem ſemp ens non habeat potentiam ad nõ eſſe patet: quia aut hoc eſſet tempore finito aut infinito: non tempore finito quia omni tempore ſemper ens eſt: ergo omni tem pore finito poteſt eſſe: ergo nullo tempore finito po tentiam habet ad non eſſe: neqꝫ quidem infinito: qꝛ cum habeat potẽtiam vt ſit tempore toto infinito: ſi haberet potentiã vt nõ ſit alio tempore infinito plu ra eẽnt tempora infinita: quod eẽ inquit: nam eoruꝫ alterum eẽt ocioſum.

Auerrois primo dicit: ⁊ debes ſcire ꝙ impoſ ſibile ẽ imaginari ens habere po tentiã ad eẽ ⁊ nõ eẽ infinitã in tpe ꝑterito abſqꝫ futu ro: neqꝫ in futuro abſqꝫ preterito niſi infinitũ adde ret ſup infinitũ: qđ eſt impoſſibile: que ꝯñia eſt hoc fundamẽto: qꝛ omne habẽs potẽtiam vt ſit infinito tempore habet potentiã infinitaꝫ: nulla eſt aũt potẽ tia maior neqꝫ finita neqꝫ infinita potentia infinita: ⁊ ſi go obuiet huic rõni dicẽdo tempus preteritum hꝫ infinitatẽ ex vno extremo tantũ: ⁊ tempus futurũ ex alio ergo ſi ratio valet: vnum infinitum eſt maius alio. Reſpõdeo rationem procedere de infinito actu non de infinito in potentia: vt eſt tempus: quia prete ritum nõ eſt actu terminatũ: quia infinitum tempus ſibi ſuccedit.

Item ait: ſi igiꝛ potentia ad nõ eẽ ſit infinita cõ tingit vt ſit nõ ens in oi tpe: ⁊ ſi potentia ad eẽ fuerit infinita cõtingit vt ſit ens in toto tempo re. Senſus ẽ: hoc habet potentiam infinitam ad eſſe in toto tempore ⁊ ad nõ eſſe ergo eſt ⁊ non eſt in toto tempore: ⁊ ſi quis poneret in aliquo potẽtiam ad cor ruptionem abſqꝫ eo ꝙ corrumperetur: colligereꝫ du as potentias fore inſimul infinitas: quarum altera eſſet ocioſa: omne enim qđ eſt in potentia ad aliquid neceſſario exibit in actum: ⁊ ſi non tunc natura age ret ocioſe. 8. phyſicorum. 64. ⁊ eſt verum ꝙ potentia naturalis in ſpecie ⁊ potentia reſpectiua eſſentialis neceſſario reducuntur ad actum: nõ autẽ potẽtia na turalis in indiuiduo: neqꝫ potentia reſpectiua accidẽ talis ordinanꝫ ad actum.

Amplius ꝓbat Auerrois via ſumpta a ꝯtra rijs ⁊ a diffinitiõe poſſibile ex ſe ñ eẽ ĩpoſſibile ab alio: illud .n. qđ hꝫ in ſe cãm ad defi ciẽdũ intrinſecã nõ põt ab aliquo ꝑpetuari: aliter nã ꝯtingens mutareꝫ in naturam neceſſariã: ⁊ hec eſt ꝙ Auerrois putauit celuꝫ eẽ incorruptibile in ſe ⁊ vnũ in omnibus hominibus intellectuꝫ: ⁊ ſententia Pla tonis in Timeo nõ eſt naturalis ꝙ ſcilicet voluntate Dei generata fiant indiſſolubilia: naturalia .n. ſunt agentia quoꝝ actus ſunt in paſſiuis ⁊ naturaliter pa tiunꝫ queeũqꝫ ſunt taliũ actuuꝫ ſuſceptibilia: ideo oẽ factũ in natura hꝫ in eadem natura ſuũ faciẽs: quare poſſibile ⁊ impoſſibile referunꝫ ad materiaꝫ rei facte ⁊ ad cauſam materialem non ad cauſam ſeparatam ⁊ extrinſecam: hec eſt breuis ſũma eoꝝ que cõtinentur in Cõmento. 124.

Sententia. 125. ⁊ .126. Probãt Ariſtoteles ⁊ Auerrois oẽ nõ corruptibile eẽ nõ generabile: ⁊ oẽ nõ generabile eẽ nõ corruptibile: ⁊ oẽ generabile eẽ corruptibile ⁊ oẽ corruptibi le eẽ generabile ꝑ hãc regulã prioriſticã: ſi fuerint .4. termini quoꝝ duo ſint inuicẽ ꝯtradictorie oppoſiti: ⁊ vni⁹ oppoſitiõis vnus ꝯuertiꝫ cũ vno alteri⁹ oppoſi tiõis vniuerſaliter neceſſe ẽ reliquum cũ reliquo vti cõuerti. Cũ ergo quattuor termini ſint ꝑpoſiti: inge nitũ: genitũ: incorruptibile: corruptibile: quorũ duo primi ſunt ꝯtradictorie oppoſiti: ⁊ diſiunctũ ex ipſis dꝫ de quolibet qđ ẽ: ⁊ đ nullo ambo ſimul. Similiter reliq duo termini incorruptibile ⁊ corruptibile ſunt ꝯtradictorie oppoſiti: ſed primus terminus ⁊ terti⁹ ꝯuertunꝫ ergo ſecũdus ⁊ quartus.

Snia. 127. ⁊ .128. generabile ⁊ corruptibile ſũt vnũ mediũ ſemp entis ⁊ ſemp ñ entis ꝗ ꝯuertunꝫ: iter ſemp ens ⁊ ſemp nõ ens nõ ẽ niſi vnuꝫ mediũ ig cũ oẽ gẽitũ ⁊ corruptibile ſit aliqñ ens ⁊ ali quãdo ñ ens: ⁊ oẽ qđ ẽ aliqñ ens ⁊ aliqñ non ens eſt genitũ ⁊ corruptibile ergo genitũ ⁊ corruptibile in ter ſe ꝯuertunꝫ: q̃ .n. ꝯuertunꝫ cũ vno tertio ꝯuertun tur inter ſe: ⁊ ꝓpterea euitaꝫ hic petitio pricipij ꝙ vtaꝫ Ariſtoteles hic noua declaratiõe huius ꝓpoſitio nis: generabile ⁊ corruptibile ꝯuertunꝫ.

Auerrois. 128. ait: ⁊ hoc nõ verificaꝫ niſi cũ ꝯceſſuꝫ fuerit ꝙ iter ens ſemp ⁊ nõ ens ſemp eſt tantum vnũ mediuꝫ: ⁊c. Senſus eſt: ſi ingenerabile nõ hẽret potentiã infinitã niſi ex par

te ante:⁊ incorruptibile a pte poſt:infinitũ adderet ſupra infinitũ.i.infinitũ eſſet maius infinito:qꝛ infinitũ ex vtraqꝫ pte adderet ſupra ĩfinitũ ex vna pte. tñ:non eſt aũt ita de tpe: qꝺ eſt infinitũ in potentia nõ actu. Et inductõe in qua perficiunt oĩa particularia conuincit palã oĩa generabilia corrumpi: ⁊ non dꝫ dari inſtãtia in ꝓpoſitõe queſita:nec iſta ẽ demonſtrabilis:aliqꝺ generabile eſt eternuꝫ. ¶ Contra:oẽ corruptibile neceſſario corrumpet ⁊ non oẽ generabile corrumpet:qꝛ non oẽ generabile generabit: ergo nõ oẽ generabile eſt corruptibile. Iteꝫ: idẽ ſimul hẽret potentiã ad eſſe ⁊ nõ eſſe ſi idem ſimul eſſet generabile ⁊ corruptibile. Solutio ẽ:capitur hic generabile pro eo qꝺ modo eſt ens ⁊ prius fuit non ens: corruptibile pro eo qꝺ modo eſt ens ⁊ poſtea nõ erit ens:⁊ ita generabile ⁊ corruptibile ꝯuertunt cũ hoc copulato:aliqñ ens ⁊ aliqñ nõ ens:a modernis multa dicunt ex̃ mentẽ Ariſtotelis.

Sententia. 129. Ut probatio exiſteret vl'is ⁊ non tantũ accidẽtalis ⁊ particularis id eſt limitata ad terminos ſpeciales:ſumit oppoſita vniuerſaliter accipiẽdo terminos ignotos qui cuilibet materie ſunt aplicabiles:vt dꝫ prio priorũ capitulo ſecũdo.

Dubitatur quia videtur ꝙ oẽ generabile neceſſario generabitur: aliter ſi generabile:ſemper nõ eſſet:eſſet impoſſibile ⁊ nõ generabile:ſicut corruptibile neceſſario corrumpet: ne corruptibile efficiatur ſempiternũ:⁊ hec ratio eſt tante efficacie apud Ioãneꝫ queſtiõe.24.vt ipſe crediderit omne gnãbile de neceſſitate generari ⁊ quãcunqꝫ potentiã neceſſario reduci ad actum. Contra omnia que euenirent de neceſſitate euenirent: ⁊ potentia accidentalis neceſſario reduceretur ad actum contra Auerroim ſupra.120. Quare dicendum eſt ꝙ ſignati corruptibilis corruptio eſt ineuitabilis:quia per priuatiõ forme illius corruptibilis in mã ſignata eſt materia in potentia ad multa genera formarũ ⁊ talem potentiã actuari oportet:ſed determinati generabilis nõ eſt neceſſaria generatio:qꝛ potentia materie ad ſignatã formã impediri põt ab exitu in actuꝫ: neqꝫ rõ Ioãnis cõcludit:qꝛ apud Ariſtotelem ly generabile nõ dr̃ niſi de eo qꝺ eſt: dicit nãqꝫ generabile de eo qꝺ eſt ⁊ nõ fuit:corruptibile de eo quod eſt ⁊ non erit.

Sententia. 130.131.132.133.134. Attendẽda eſt diuerſitas inter tranſlationem latinoruꝫ ⁊ Cõmentatoris: Auerrois epilogat:latini faciũt rationes que habentur.133.⁊.134. vnde non põt genitũ eſſe incorruptibile: neqꝫ corruptibile ingenitum:quia omne genitũ poſſibile eſt eẽ ⁊ non eẽ:ergo genitum habet tempus determinatũ ad non eẽ:incorruptibile autem cum non poſſit non eẽ non habet tempus determinatuꝫ ad non eẽ ergo ſi aliquod genitum eſt incorruptibile:habebit tẽpus determinatũ ad nõ eẽ ⁊ nõ hẽbit tps determinatuꝫ ad non eẽ:pari ratione nec corruptibile poteſt eẽ ingenitum.

Auerrois. 133. Sciendũ eſt:potẽtia alia eſt actiua:alia paſſiua:⁊ actꝰ alius ẽ eẽ:alius nõ eẽ:⁊ cũ potẽtia ordinet ad actũ:aut hoc erit ad eſſe aut ad non eſſe: ⁊ ad quodcunqꝫ horum ſit potentia aut erit ſm tempus finitum aut ĩfinitũ: inter finitũ enim ⁊ infinitũ nõ eſt mediuꝫ. Iterum: ſicut vnũ eſt tempus in tota continuitate temporis ita vna ẽ ſua potentia ad fluxũ ſucceſſiõis in infinitũ ⁊ per hoc ꝙ preteritũ terminetur ad nũc ⁊ futurum incipiat in nunc: non diſtinguitur potentia in duas potentias infinitas: ſed eſt vna potentia infinita ex vtraqꝫ parte:res vero naturalis finito tẽpore durãs habet duas potentias finitas ad eſſe:vnam in preterito:aliam in futuro:tempus nõ eſt actu terminatuꝫ: quia infinitũ tempus ſibi ſuccedit:⁊ cuꝫ de tempore nihil ſit in actu niſi inſtans:quod nec eſt tempus nec pars temporis:cui ſuccedit tempus infinitũ:propterea non dicitur tempus terminatuꝫ per nũc preſens 3.tamen phyſicoruꝫ.6.vocauit Auerrois inſtãs partem ſenſibilem temporis:quia nihil ꝺ tempore apparet niſi inſtans.

Commento. 134. ꝯſiderande ẽ ꝯtẽtio ĩter Auerroim ⁊ Themiſtiũ:arbitrat Auerrois generabile nõ eſſe ens in tẽpore infinito:qꝛ ſic nõ eẽt generabile:nec corruptibile vult eẽ ens tpe infinito:qꝛ ſic nõ eẽt corruptibile:nulla ẽ.n. potentia media inter finitũ ⁊ infinitũ:⁊ potentia infinita ẽ tantum vna potentia. Themiſtius ſentit generabile ⁊ corruptibile hẽe tantũ potentiam finitam: ⁊ illud qꝺ eſt eternum in aliquo tempore potẽtia eius nõ eſt finita.

Sententia. 135.⁊.136. Si aliqd ſimul haberet potentiã ad eſſe ⁊ non eẽ ſimul eſſet ⁊ nõ eſſet. Itẽ generatũ eternũ:⁊ corruptũ eternũ repugnant:qꝛ tempus potentie ⁊ actus eſſet idem ⁊ nõ idem:nõ idem:quia tempus potentie aliud eſt a tempore actus. Idem quia ⁊ tempus actus ⁊ tempus potentie eſt infinitum:potentia.n.ad eſſe ſemp eſt ante eſſe:vnde potentia naturali nõ ſunt ſimul in potentia ad ſedendũ ⁊ nõ ſedendum:ſꝫ bene potentia logicali.

Dubitatur vtrũ contingens ſit cõtingens qñ ẽ:videt ꝙ nõ:tũ qꝛ:duꝫ eſt ſortes:nõ põt eſſe ⁊ nõ eẽ:ergo dũ ẽ nõ ẽ ꝯtingẽs:tũ quia cuilibet rei dũ eſt ꝯpetit neceſſitas ergo nõ contingentia. Solutio eſt:contingens ẽ contingẽs quãdo eſt:quia contingens dicitur contingens:quando põt eẽ ⁊ nõ eẽ corruptibile quando ẽ põt nõ eẽ:⁊ generabile quando eſt põt nõ fuiſſe. Ad primum dico ꝙ ſortes dum ẽ põt nõ eẽ:nõ põt tamen ſortes ſimul eẽ ⁊ nõ eẽ. Ad ſecundũ:hec ꝓpoſitio:omne qꝺ ẽ duꝫ eſt neceſſe eſt eẽ:varios habet ſenſus:ſi eſt cathegorica de ſubiecto temporato eſt vera:ſi eſt ꝓpoſitio temporalis eſt falſa.

Sententia. 137. Si aliquod eternũ ſit corruptibile:ipm ſemp erit: ⁊ aliquãdo nõ erit:vñ ſi corruptibile nõ corrũpit ĩ aliquo tpe:in eo nõ ẽ potẽtia ad corruptionẽ:qꝛ illa eſt diffinitio eiꝰ qꝺ nõ ẽ in potẽtia ad aliqd ſcilicet vt nunqꝫ exeat in actũ:qꝛ cũ poſuerimus aliqd hẽe potẽtiã ad corruptionẽ abſqꝫ eo ꝙ corrũpat:ſequũtur hec ĩpoſſibilia:ſcilicet vt in eo ſit potẽtia ⁊ nõ ſit:aut in eo ſit potẽtia ad duo oppoſita ſimul:hoc idẽ hꝫ ſupra.124. ⁊.8.phyſicoꝝ.64.⁊ ita cõcludo ꝙ oẽ corruptibile neceſſario corrũpet ⁊ ita aliquãdo nõ erit.

Sententia. 138.139.140. rõnes oẽs facte ſunt fundate ſup has ꝓpoſitiones. Pria ẽ:ĩpoſſibile ẽ idẽ ſimul eẽ in potẽtia ad oppoſita. Secũda ẽ:qcũqꝫ potẽtie ſunt ſimul ĩ aliquo ſimul poſſunt ad actũ reduci. Tertia ẽ:oĩs potẽtia neceſſario exibit ad actũ. Quarta ẽ:ex nihilo nihil fit:⁊ nulla ſubſtãtia acqrit niſi p generationẽ. Quinta eſt:

quicqd

quicquid hȝ potentiaȝ ad eſſe ⁊ nõ eſſe eſt in futurũ: qꝛ nõ eſt potẽtia reſpectu preteriti iccirco pugnant adinuicẽ: generatũ perpetuũ: qꝛ vt generatũ: nõ hȝ eſſe ſemp in futurũ: in perpetuũ ſemp hȝ eſſe: ſimultter repugnant hec duo: eternũ corruptũ: qꝛ vt eternum ſemp hȝ eſſe: corruptũ nõ. Iteȝ oẽ genituȝ ⁊ oẽ corruptibile ꝯtrias hñt qualitates: qbus alterantur ⁊ nũc ad generationẽ: nunc ad interitũ diſponuntur ergo nullũ genitũ eſt icorruptibile: ⁊ nullũ corruptibile ingenitũ. Quare vt primũ librũ de celo tandeȝ expediuȝ: dico ꝙ Ariſtoteles arbitraƭ oẽ incorruptibile eſſe ingenitũ: ⁊ oẽ genitũ eſſe corruptibile: quia nihil putat eſſe genitũ ⁊ corruptibile niſi ꝑ tranſmutationem nãlem ſm mãm ſubiectam: quocirca neqȝ mundus: neqȝ angeli: neqȝ aĩe intellectiue humane dicuntur genite: quãuis inceperint eſſe denuo ſm fidem ⁊ veritatem: quia non habuerunt exordiuȝ ꝑ tranſmutationeȝ naturalem: ſed modo ſupnaturali ⁊ per creationem.

Digreſſio.

Propoſitiones preſenti ſumma approbate verũ pro iunioribus nõ eſt inutile vt reaſſumanƭ. Prima eſt: ſi quid poſſibile eſt eẽ ⁊ nõ eſſe: hȝ quidẽ tẽpus determinatũ ad eſſe ⁊ nõ eſſe. Secũda eſt: non eſt oĩo idẽ ſupponere falſum ⁊ ſupponere impoſſibile: ⁊ ſupponere veruȝ ⁊ poſſibile: impoſſibile naqȝ ⁊ falſum nõ ſunt penitus ideȝ: neqȝ poſſibile ⁊ veruȝ. Tertia: idẽ ſimul hȝ potentiã ad oppoſita ſucceſſiue habẽda: nihil tñ hȝ potẽtiam vt oppoſita ſimul habeat. Quarta: oẽ ſemp ens eſt incorruptibile pariter ⁊ ingenitũ: ⁊ nullũ ſemp ens eſt genitũ aut corruptibile: ſe hñt eniȝ iſti duo termini: ſemp ens ⁊ ſemp nõ ens vt ꝓpoſitiones cõtrarie: ſemp ens ⁊ nõ ſemp ens vt ꝯdictorie: ⁊ ſimilr ſemper nõ ens ⁊ nõ ſemp nõ ens: at nõ ſemp ens ⁊ nõ ſemp ñ ens vt ſubcõtrarie. Quinta eſt: oẽ igenitũ ⁊ icorruptibile eſt ſemp ens. Sexta ingenituȝ ⁊ incorruptibile adinuicẽ conuertunƭ: cũ cõuertanƭ cũ ſemp ente: ⁊ quecũqȝ vni ⁊ eideȝ ſunt cõuertibilia: ipſa inter ſe ſunt ꝯuertibilia. Septima: genitũ ⁊ corruptibile equalis ſunt ambitꝰ ⁊ cõitatis: ergo oẽ genitũ eſt corruptibile ⁊ oẽ corruptibile eſt genitũ. Octaua: incõueniẽs eſt exiſtimare aliqđ genitũ eſſe incorruptibile: ⁊ aliqđ corruptibile eẽ ingenituȝ. Nona: mundus eſt ante retroqȝ ſempiternus.

¶ Contra eternitatẽ mundi induco has duas rões celum eſt corpus finitũ in quo nõ eſt potẽtia actiua: neqȝ paſſiua infinita. 8. phyſicoꝝ. 79. ꝙ celuȝ nõ põt ꝑpetuo durare: oẽ. n. hñs potẽtiã finitã ẽ corruptibile. Dico infinitã potẽtiaȝ paſſiuã in duratõe poſſe eẽ i magnitudine nõ infinita actiuaȝ: illa. n. nõ eſt fatigabilis: hec eſt fatigabilis. Rurſus: qñ aliqua ſunt ordinata nõ cõceſſo primo: nõ datur vltimũ: ⁊ dato vltimo daƭ primũ: ſed reuolutões primi mobilis ſunt ordinate: ergo. Solutio eſt: maior eſt vera i eſſentialiter ordinatis nõ accidẽtaliter. 8. phyſicoꝝ. 15. ⁊ ita numerus circulationũ cũ nõ eſſentialiter circulationes ordinenƭ: ñ erit par neqȝ ipar: quare cũ mũdus ſit eternꝰ ꝑipatetice loquẽdo ꝓceſſerũt infiniti hoies ⁊ ne detur infinitꝰ numerꝰ actu aĩaꝝ humanarũ: vel erit vnus tm̃ intellectꝰ in olbꝰ hoibꝰ: vel erũt numerate ⁊ mortales. Hec ſunt q̃ circa primũ librũ đ celo ⁊ mundo vobis duxi aperiẽda: quo quidẽ eternitas mũdi patefacta eſt.

¶ Tiberij Bacilerij Bononienſis Lectura i Secũdum librũ de celo ⁊ mũdo.

IAm ðclarauimus. Sũma ſecundi libri đ celo talis ꝓpõiƭ. Intendens Ariſtoteles preſenti libro tractare đ accidẽtibus ⁊ actibꝰ corporis celeſtj quãtũ nobis ſufficiat loquiƭ primo de partibꝰ celi dextro ſcilicet ⁊ ſiniſtro a Textu Commẽti primi vſqȝ ad. 17. Mox patefacit celũ hr̃e plures motus a. 17. ad. 22. Tertia ſũma figurã celi declarat eẽ ſpericã a. 23. ad. 33. Quarta ꝯuinciƭ celuȝ tm̃ moueri ad vnã pteȝ a. 33. ad. 35. Quinta ꝙ motus ſit equalis a. 35. ad. 41. Sexta manifeſtat ſubſtantias: figuras ⁊ motus ſtellaꝝ a. 41. ad. 60. Septima ꝓbat ꝙ altior orbis paucioribꝰ motibꝰ moueƭ a. 60. ad. 72. Octaua ẽ de motu qete: ⁊ figura terre a. 72. vſqȝ ad. 112. qbus octo ſũmis ꝯpletis finis erit ſecũdi de celo.

Sententia Textus Cõmẽti primi. Celuȝ igenitũ ẽ ⁊ icorruptibile: ſumẽdo ipm̃ pro corporũ celeſtiũ multitudie: eſt qdem cũ tpis infinitꝰ ⁊ ꝯtinẽs ipm̃: aſſertiones quoqȝ eoꝝ q dixerũt celũ eẽ gẽitũ ⁊ corruptibile i p̃lo libro oſtenſe ſunt ifirme ⁊ nullꝰ eẽ momẽti ⁊ dicuntur ſermones ſufficiẽtes q ſunt ꝯfirmati ſenſu: primo celi. 22.

30. 31. 32. Demonſtratione qꝛ cōuincitur celum eſſe ſpericū: qꝛ elementa ſunt ſperica: ⁊ in cōcauo ⁊ in cōuexo: ⁊ hoc oſtendit̄ ex motu grauiū ⁊ leuium equaliter tendentiuꝫ ad loca ſua naturalia: ⁊ elementata nō ideo ſunt rotunda: qꝛ tangant ſe ſm ſupficies rotundas: ſed tangunt ſe ſm rotundū: qꝛ ſunt rotunda: ⁊ ꝯcluditur celum eſſe ſpericū in cōuexo ſi eſt ſpericū in cōcauo: qꝛ celum eſt eiuſdem nature in ſuperficie exteriori ⁊ interioꝛi: ex hoc loco colligit̄ ꝙ datur regreſſus ⁊ nō demonſtratio circularis. Eſt aūt ſuperficies aque conuexa ſperica: qꝛ aqua ſemper nata eſt fluere ſuper terraꝫ ad locū decliuioꝛem: ⁊ nō ceſſabit donec oēs partes equaliter diſtent a centro: ſed illud cuius partes equaliter diſtant a centro eſt ſperice figure: ergo. Quare concludendum eſt ꝙ primum celum eſt perfectiſſime ſpericitatis propter primam intelligentiam que eſt perfectiſſimus circulus: elementa non ita perfecte dicuntur ſperica: planete in ordine ad elementa dicuntur perfecte ſpericitatis in relatione ad firmamentū recedunt a perfecta ſpericitate: cū intelligētie medie non ita ſint pfecte ſicut prima: que tantū ſe cōprehēdūt p eſſentiaꝫ propriaꝫ: Mathematici fatentur celum habere pfectam ſpericitateꝫ: ſed orbes defferentes augeꝫ q ponuntur pp eccentricos nō habere pfectam aſſerunt ſpericitateꝫ cum enim nō ſint equalis ſpiſſitudinis ergo nō erūt perfecte rotunditatis. Contra: ſi darentur eccentrici daretur vacuū ⁊ corpoꝛū penetratio: cū enim augeꝫ defferentes ſint corpora naturalia habent motuꝫ ergo pars groſſa mouetur ad locuꝫ partis ſubtilis qui locus nō poteſt capere totam illam parteꝫ: ergo dabitur penetratio corpoꝛum: ⁊ ſimiliter pars ſubtilis fertur ad locuꝫ partis groſſioꝛis quē cum totum occupare nō poſſit: locus remanebit vacuus: ⁊ cōceſſit Thebit quedaꝫ corpora inſtituta a nā ad replēdū vacuū: q̄ ppꝛiuꝫ nō haberēt motū: qꝛ nec rectū nec circulareꝫ: ⁊ nō vꝫ rōnis aſtrologoꝝ dicentiū ꝙ defferētes a ſuis intelligētijs taliter voluunt̄ ꝙ ſemp pars groſſa vni⁹ directe ſupponit̄ parti ſubtili alteri⁹: qꝛ haberēt ꝯcedere aliq̄s intelligētias medias mouere ab oꝛiēte in occidētē: alias vero ab occidēte in oꝛiētem pꝛ̄ijs motibus ꝯ̄ precepta naturalia.

Auerrois

dicit. 31. aqua.n. nō naturaliter mouetur ad centrum totius niſi inueniret̄ terra extra ſuum locuꝫ ⁊ eſſet locus naturalis aque idem cuꝫ loco terre naturali.i. quia aqua facilius recipit impetū deoꝛſuꝫ ꝙ̄ ſurſum: ideo ſublata terra aqua deſcenderet ad occupandū locuꝫ terre naturaliter. 4. celi. 39. Itē cit. 32. ⁊ ex hoc apparet ꝙ hoc qḋ dicunt mathematici de eccentricis ē impoſſibile: cōtingit.n. vt in corpoꝛibus celeſtibus ſint corpora nō vere rotunditatis neqꝫ habentia actionem i. motum ſed quaſi replentia vt inuenit̄ in ꝯplexione animaliū ⁊ hoc eſt valde remotū ab iſtis corpoꝛib⁹: ⁊ nihil eſt in libꝛis mathematicoꝛū niſi hoc qḋ apparet in luna de eclipſibus: ⁊ forte poſſibile eſt inuenire aſtronomiā conuenientē eſſe huic qḋ apparet ḋ luna ſine oꝛbe eccentrico. Senſus eſt: ex eclipſi dignoſcitur eccentricus: nam cū aliquando terrā inter ſolē ⁊ lunam dyametraliter contingat interponi luna nullam vel paruā habente latitudinē: ⁊ tamen luna non patiatur eclipſim: ⁊ aliquando facta interpoſitione ⁊ manente latitudine eadē patiatur: alia cauſa aſſignari nō poteſt niſi ꝙ vmbꝛa terre aliquādo ita breuis ē ꝙ eius corpus non pōt attingere corpus lune: ⁊ aliquando eſt vmbꝛa longioꝛ in tantū ꝙ tunc eius corpus obtenebꝛat corpus lune: abbꝛeuiatio aūt ⁊ elongatio vmbꝛe eſſe nō pōt niſi per approximationem ⁊ elongationē ſolis a terra: ꝙ̄to.n. aliquod corpus lucidum maius corpoꝛe vmbꝛoſo ppinquius ē vmbꝛoſo tanto vmbꝛa breuioꝛ exiſtit eo qḋ radij ppinquius vniuntur: ꝙ̄to vero remotius: tanto vmbꝛa ſit longioꝛ: ratio ergo Auerrois in fauorē eccentrici ſtabat in hoc. Semꝑ opacū minus a lucido maioꝛi ppīquius vmbꝛam cauſat minorē. Sꝫ aliquando eclipſis ē diuturnioꝛ: ergo luminoſuꝫ ē ꝓximius aut luna: ſꝫ ḋ his infra diffuſe tractabitur.

Digreſſio.

Preſenti ergo ſumma ſunt approbate iſte due propoſitiones. Celū eſt ſpericum ſeu oꝛbiculare. Aqua ē rotunda: ſuit naqꝫ mundus ſenſibilis ſpericus factus ad ſimilitudinē mūdi archetipi.i. dei principis: qui mundus dici pōt: quia omnia eſt potentia ⁊ virtute principio carens atqꝫ fine. Item ſi celū eſſet planū: ſol vno tempoꝛe notabiliter maioꝛ appareret ꝙ̄ alio: ⁊ cauſa huius apparentie nō eſſet ex indiſpoſitione medij: imo ſublato impedimento: cū ſtelle in oꝛiente vel occidente plus aliqs diſtent a nobis: qꝛ inter nos ⁊ ipſas ibi mediant aer: ignis: terra: in ꝯr nos ⁊ mediū celi: ignis ⁊ aer tātū: ⁊ hoc tñ nō eſt viſui notabile ſed a doctis tantū cognoſcibile: ſemidyameter.n. terre ñ hꝫ pceptibilitatem. ¶ Item rotunditas aque oſtendit̄ experientijs: naꝫ cum nauigantes duꝫ ſunt a terra diſtantes ⁊ querūt videre locum remotū: aſcendūt in altum ſupꝛa maluꝫ ⁊ vident inde que videri nō poterant ex loco infimo nauis: qḋ alia de cauſa euenire nō poteſt niſi tumoꝛe aque impedientē eius viſionē: ſi ſit etiaꝫ nauis ī mari tantuꝫ a terra elongata ꝙ nō percipiat̄ terra: neqꝫ que in terra exiſtunt: appropinquet intantū ꝙ incipiat videri terra: prius videbūtur ſūmitates montium ⁊ cacumina rerum altarū: ⁊ ita dū nauis efficiet̄ proximioꝛ terre: maioꝛ pars montis ⁊ tandē totus mons conſpiciet̄: ⁊ cauſa nulla alia pōt eſſe niſi aque rotunditas. Iterum aqua eſt corpus homogeneū: ſꝫ ptes aque tendunt naturaliter ad figuram rotundam ceu demonſtrāt

demõſtrãt gutte aque cadentis ⁊ roꝛes in herbis inuẽte: que qꝛ nõ cõtinenſ coꝛpe terminato figura rotũda figuranſ: ergo figura nãlis totius elementi aque ad rotunditatem tendit. Amplius ratio Ariſtotelis fuit talis: cum vna pars aque altera ſit eleuatioꝛ ⁊ tumidioꝛ: defluit ipſa ⁊ decidit ad partes inferioꝛes ⁊ decliuioꝛes: donec ſeſe in formã ſpericaʒ reduxerit: ſit itaqʒ .a. centrũ terre ſubſidentis naturaliter aque a quo ad ſuperficiẽ cõuexam aque ducãtur due linee recte .a.b. ⁊ .a.c. quibus ſubducatur baſis .b.c. deinde a centro ad baſim ducatur linea recta .a.d. que eſt minoꝛ ꝙ̃ linea .a.b. ⁊ .a.c. nam eſt pars linee .a.e. ergo eſt minoꝛ ꝙ̃ linea .a.e. at linea .a.e. equatur linee .a.b. ⁊ .a.c. nam exit a centro eiuſdem circuli ad eius circunferentiam ergo ⁊ linea .a.d. eſt minoꝛ ꝙ̃ linea .a.b. ⁊ .a.c. quicquid enim eſt minus vno equalium: minus eſt ⁊ altero: eſt igitur apud lineam .a.d. locus decliuioꝛ ⁊ concauioꝛ quem circunfluet aqua vt partes eius equentur ⁊ ſine tumoꝛe rotundam habeant figuram: Uñ vnde ipſius maris non impediunt rotunditatem maris: his igitur conſtat aquam tendere ad rotunditatem: hec de figura celi ſatis dicta ſint.

¶ Summa quarta Secũdi de celo.

Olumus etiam.

Preſenti ſumma que ẽ a textu cõmẽti .33. vſqʒ ad .35. cõuicit Ariſtoteles celum tantũ moueri ad vnã partem: ⁊ tota ſentẽtia ſtat in hoc: cum melius ſit celum moueri ab oriente in occidentem ꝙ̃ econtra ergo ita mouetur: natura enim poſſibilium ſemper optimum facit: melius eſt etiam ⁊ honoꝛabilius celum moueri ab oriente ad meridieʒ ꝙ̃ ad ſeptemtrionem: ⁊ non eſt culpandus ſed magna gratia dignus qui ſola ſcientie ⁊ veritatis cupiditate inductus veritatem inquirit ⁊ eam efficaciſſimis compꝛobat rationibus.

Eſt primitus obſeruanduʒ: Auerrois arbitratur ꝙ in omni coꝛpoꝛe celeſti poſſint eſſe duo motus: tamen actualiter in vno celo non reperitur niſi vnus motus: vel talis motus ſit ab oriente in occidentem: vt eſt motus pꝛimi mobilis: vel ſit ab occidente in orientem: vt eſt motus planetarum: ⁊ ita ſentit Auerrois planetas moueri tantum vno motu reipſa: ⁊ dicuntur planete moueri ab occidẽte in orientem: quia cito apparet defectus eoꝛum a perfecta circulatione: ⁊ apud Alpetragium ⁊ Alphraganuʒ ⁊ Alpharabium vt Albertus refert ⁊ Joãnes gandauenſis .12. methaphyſice queſtione .21. ⁊ doctoꝛ ſubtilis .2. ſententiarum diſtinctione .14. idem ẽ motus velociſſimus ab oriente in occidentem ⁊ tardiſſimus ab occidente in orientem: oꝛbes enim quanto ſunt ſuperioꝛes tãto citiꝰ cõplent ſuã reuolutionẽ ⁊ tardius eoꝝ defectus panditur.

Item ſciendum eſt: induco quedã fundamenta ad pꝛobandum celum moueri ab oriente in occidẽtẽ capiendo celũ ꝓ aggregato ex oibꝰ ſperis celeſtibus: cã ſcilicet manifeſtãde veritatis: ⁊ in pꝛimis Auerrois .12. methaphyſice .47. ⁊ .48. vult firmamentum moueri pluribus motibus ⁊ experientia conſtat firmamẽtũ moueri ab occidente in orientẽ .3600. milibꝰ annis vna reuolutiõe: ſed pꝛimo mobili certuʒ eſt apud oẽs vnum tantuʒ motũ re cõuenire ergo nõ eſt cõcludẽdum planetas pluribus motibus re diſtinctis moueri: ⁊ ſi Cõmentatoꝛ dicat ipſos moueri motu diurno ⁊ pꝛopꝛio. Rurſus formo hanc rationẽ. Intelligentia ſecunda dat ſuo motui velocitatẽ: producitqʒ immediate motuʒ circulareʒ: cui motui pꝛima intelligẽtia dat cõditiones motus appꝛopꝛiati pꝛime: ſed tales cõditiões ſunt eternitas ſeu cõtinuatio ⁊ eſſe ab oriẽte per meridieʒ ergo motus imediate productus ab intelligentia ſecunda eſt ab oriente per meridieʒ: colligiſ hec ratio ab Auerroi .4. capitulo de ſubſtantia oꝛbis. Iteruʒ ſi intelligentia ſecũda vt intelligit pꝛimam pfectius ꝙ̃ tertia: velocius moueat ab oriente in occidenteʒ ꝙ̃ tertia ergo cuʒ pꝛima velocius moueat ꝙ̃ ſecũda: cuʒ pfectius intelligat ſe ꝙ̃ ſecunda intelligat ipſaʒ: mouebit ⁊ ſecũda velocius ꝙ̃ tertia inquãtum pfectius intelligit ſe ſecunda ꝙ̃ tertia intelligat ſecundaʒ: in operatione enim pꝛopꝛia ſecunde intelligentie nõ debet naſci impfectio ⁊ tarditas cum in ipſa nõ ſit impedimẽtuʒ ⁊ impfectio: imo magna perfectio: vt magis appꝛopinquat pꝛime: quare cum intelligentia ſecũda ſit longe pfectioꝛ tertia motus productus a ſecunda vt eſt talis ſecũda intelligẽtia erit longe velocioꝛ motu producto a tertia: maxie quia intelligentie mouent ſm vltimuʒ ſui poſſe. Itẽ .12. methaphyſice .48. nõ ſunt plures motus ꝙ̃ mouentia ⁊ mota: ⁊ hanc ꝓpoſitionẽ cõcedunt etiaʒ mathematici: ideo ⁊c̃.

Amplius dicit ſanctus Thomas: diſtinctio ptium celi eſt cauſa ꝙ motus celi icipiat ab hac pte ⁊ nõ ab alia: ⁊ ñ ecõuerſo: ſʒ motũ celi icipẽ ab hac pte ⁊ nõ ab alia ẽ ſignũ diſtictõis ptiũ celi: cã aũt diſtinctõis harum partium eſt virtus anime mouentis celum vel cuiuſcũqʒ intellectualis ſubſtantie attributa diuerſis partibus celi: nihil autẽ pꝛohibet cum queriſ an aliquid ſit pꝛobare illud per ſignum: cuʒ tamen queriſ de cauſa alicuius pꝛopter quã eſt: opoꝛtebit ſignuʒ ad cauſam reducere .i. non incõuenit vti ⁊ demonſtratiõe quia ⁊ demonſtratiõe pꝛopter quid: dictuʒ namqʒ eſt ſepe ꝙ daſ regreſſus ſed nõ demonſtratio circularis. Item lʒ eclipſis ſiat raro in oꝛdie ad tempus ſimpliciter: quia tempus in quo nõ eſt: eſt maius eo in quo eſt: nõ tamen ſit raro in reſpectu ad tempus cauſe. Monſtra etiã ſunt preter intentionem nature quãtum ad diffoꝛmitateʒ: nõ quantum ad ſubſtractũ diffoꝛmitati: nõ potuit ergo in celo eſſe aliqua inoꝛdinatio: quia motus celi nõ hʒ cõtrariũ: hec de quarta ſumma.

¶ Summa quinta Scdi de celo.

T volumus etiã.

Preſenti ſumma que ẽ a Textu Cõmenti .35. vſqʒ ad .41. declaratur varijs rationibꝰ motuʒ celi eſſe regularem: vnde motus celi non eſt vniformis ⁊ equalis quo ad partes ſubiecti: qꝛ partes ꝓpinque polis tardius: diſtantes vero velocius mouentur .8. phyſicoꝛum .84. eſt tamen vniformis quo ad tempus: quia in partibiis tempoꝛis equalibꝰ ſpacium pertranſiuit equale: hac itaqʒ pñti ſumma vult Ariſtoteles remouere a celo diffoꝛmitateʒ motꝰ quo

ad tempus: et que quidem difformitas naſcitur ex diuerſa proportione agentis ſupra reſiſtentiam. Sententia. 35. ſtat in hoc. Uirtus mouens in primo motu ſemꝑ eſt eadē ſicut ⁊ motus ſemper idem: neqꝫ vno tempore velocior neqꝫ altero tardior: igitur motus celi eſt regularis.

Auerrois primo dicit: quoniam quod apparet ex hoc nō eſt vnus motus ſed plures qui congregantur ad mouēdum ſtellam ⁊ habent vnam intentionē. Senſus eſt: ſciens Cōmētator vnius corporis ſimplicis eſſe tantū vnum motum naturalem dicit vnius planete eſſe plures mot⁹ non abſolute ſed congregatos in vnum ſubiectum: ⁊. 12. methaphyſice. 44. dicebat motus vnius ſtelle componi: conſtat aūt ea venire ad vnitatē que compoſitionem faciunt ⁊ congregantur in eodem: vnde duo motus ſimplices re diſtincti non poſſunt vniri ſimul in eodem ſubiecto: propter ergo defectus planetarum qui cito manifeſtantur poteſt Cōmentator diuerſitates motus planetarū vocare plures mot⁹: ⁊ hoc de firmamento dici nō poteſt in quo diuerſitates ⁊ defectus tardiſſime apparent: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ Auerrois dicit. 12. methaphyſice. 45. vera aſtrologia fundata eſt ſup motū eiuſdē orbis cui motui accidit velocitas ⁊ tarditas.

Item ait: quoniam qui ponit cauſam diuerſitatis has duas cauſas: eccentricū ſcilicet ⁊ epiciclum: non dicit ꝙ cauſa diuerſitatis ſunt plures motus ex quibus fit vnus motus diuerſus ſtelle in velocitate ⁊ tarditate ⁊ progreſſione ⁊ retrogradatione. Senſus eſt: cauſa diuerſitatis in motibus planetarū ē aut eccentricus ⁊ epiciclus aut motus plures ex quibus fit vnus motus diuerſus in velocitate ⁊ tarditate ⁊ progreſſione ⁊ retrogradatiōe: ⁊ hoc idem habetur. 12. methaphyſice. 44. vnde apud mathematicos planeta eſt ſtationari⁹ ⁊ prima ⁊ ſecūda ſtatione quando eſt verſus oriens aut verſus occidens: eſt retrogradus in puncto epicicli terre ꝓpinquiori: directus in puncto illi oppoſito: ſed quia ab vna propoſitione habente plures cauſas veritatis non colligitur altera cauſarū ideo Cōmentator vult propter diuerſitatē in motibus planetarū ⁊ propter retrogradationem ⁊ directionē nō eſſe inferēdū dari epiciclos ⁊ eccentricos.

Iterum inquit: ex hoc ergo quod declaratū eſt in hac ſciētia apparet eſſe impoſſibile epiciclum eſſe ⁊c. Senſus eſt: cum non poſſit eſſe motus circularis circa aliud ꝙꝫ circa centrum totius non dabitur epiciclus: omnis enim motus ſimplex aut ad mediū aut a medio aut circa medium: ⁊ cum idem ſit locus totius ⁊ partis erit centrū mundi centrū oīum orbiū celeſtiū: cum ſint ex eadē natura analogice: vnde elemēta ſunt vt cōtraria ſunt habent loca diuerſa: nō vt elementa ſunt: ſed corpora celeſtia non potuerunt habere loca diuerſa: cum nō ſint contraria.

Rurſus ait: in mathematicis vero nihil apparet ex quo eſt exiſtimandum epiciclos eſſe aut eccētricos ⁊c. Senſus eſt: Aſtronomi nō demonſtrant eccentricos ⁊ epiciclos aliquo genere demōſtrationis: non a priori vt patet: neqꝫ a poſteriori: qꝛ aliunde poteſt effectus apparens prouenire ꝙꝫ ex epiciclis ⁊ eccētricis: vnde licꝫ ſi eſſet eccētricus eſſet diuerſitas in motibus planetarum: non tamē ex diuerſitate in motib⁹ planetaꝝ ſequit̄ eccentricus: ab vna. n. ꝓpoſitiōe habēte plures cauſas veritatis ad vnā illaꝝ non tenet ratio: ſꝫ bene econtra: quid aūt ſit demonſtratio qꝛ: demōſtratio ꝓpter qd: ⁊ demōſtratio abſoluta dans cām ⁊ eē dixi ān: in ſuperioribus ꝓhemio primi phyſicorū: ⁊ videtur poſſe colligi ex hoc cōmēto dari aliquam demonſtrationē ex notioribus quo ad naturā tātū: vt etiā ſenſit Themiſtius primo poſteriorū caplo. 4.

Preterea ait: fingunt enim qꝺ demōſtrent lunā habere eccētricū hoc ꝙ inueniunt ipſam in eodē loco zodiaci eclipſatam ⁊c. Sēſus eſt: quia in motibus planetaꝝ triplex appet diſferentia: vna eſt in latitudine: qꝛ nō ſemꝑ planeta eq̄ diſtat a polis imobilibus: alia in longitudine: quia planete nō equaliter ꝑcurrūt zodiacū: tertia in eleuatione ⁊ depreſſione: qꝛ idem planeta aliqñ plus appropinquat ad centrum terre: aliquando plus diſtat propter quas differentias aſtrologi vni planete dāt plures orbes partiales: vt patet in theoricis planetarum. Uerum pro mente Cōmentatoris habenda notandū eſt: firmamentū moueri ab oriente in occidentem in. 24. horis non complens reuolutionem: ſed facta reſtrictiōe ad vnum determinatū ſydus illud in vno ſigno zodiaci morabitur ānis tribus millibus: Saturnus ab oriēte in occidentē motus tardius circuit ꝙꝫ firmamentū ⁊ non complens reuolutionem in vnoquoqꝫ ſigno ſtat per duos annos cum dimidio: Iupiter adhuc tardius circuendo ſtat in ſigno vno per annum: Mars morat̄ in vno ſigno. 60. diebus ⁊ vltra: Sol. 30. diebus: Uenus. 28. Mercurius. 27. Luna per duos dies cū dimidio: vnde poli veri oīum orbium celeſtiū deſcribūt circulos: vnū in meridie alium in ſeptētrione: ⁊ quanto ſpera eſt ſuperior: tanto poli eius tardius deſcribunt dictos circulos: ⁊ deſcribunt̄ iſti circuli per motus leulab i. ſpirales non terminatos in eodem puncto a quo incipiunt: propter quorū circulorū deſcriptionē poſſunt ſaluari tres diuerſitates dicte in motibus planetarum licet Scotus dixerit tantū duas ſaluari poſſe: ſed de his in digreſſione noſtra loquemur ſtatim infra.

Sentētia. 36. cauſa diuerſitatis proportionis agētis ſupra reſiſtētiam ē aut intenſio virtutis aut remiſſio aut reſiſtētie cremētum vel decremētum aut aduētus impedimēti aut illius remotio: horū nullum in celo reperiri pōt: tū ex parte intelligētie: tum ex parte orbis ſubiecti intelligētie: ⁊ cum Cōmētator dicit: quāto proportio agētis ſupra mobile fuerit maior: tāto motus erit velocior colligitur motum productum a ſecunda intelligētia velociorē eē motu facto a tertia. Item ait: quoniam animal quādo mouetur motu aliquo ⁊ in natura ei⁹ eſt moueri velocius tunc non mouet ſuū corpus niſi per quandam partem inſtrumenti ⁊ per quod innatum eſt mouere ſuum corpus ſcilicet calorem naturalem. Senſus eſt: calor naturalis eſt inſtrumentum quo anima mouet localiter ⁊ mutat ⁊ auget: intelligentie mouēt per ſuam naturam ⁊ voluntatem ⁊ intellectum. 12. methaphyſice. 36. in ſubſtantijs enim ſeparatis eſt virtus motiua non diſtincta ab intellectu ⁊ voluntate. Quando ergo aliquid irregulariter mouet̄: aut hoc euenit ꝓpter virtutē mouentē que ꝑ totum motū non manet eadē: aut propter variationem reſiſtētie: aut propter vtrūqꝫ: ⁊ cum celū ſit ſimplex ⁊ intrāſmutabile ⁊ ſimiliter intelligētia: nō poterit

terit celum irregulariter moueri.

Sententia 37. non poteſt eẽ irregularitas motus in partibus celi: cũ ſtelle fixe ſemp eque diſtantes inueniãf: nec in toto celo: cum in ipſo non ſit aliquid pter naturam nec vniuerſalem: nec particularez: ſed in animalibus ſubcelestibus accidit ſenectus ⁊ corruptio preter naturaz particularem: ⁊ ponitur cauſa interitus omniuz mixtorum vniuerſalis que eſt deſideriuz elementoruz ad loca ppria: vnde dato mixto vniformi ⁊ aiali in quo ita bonum humidum reſtaurareř pro vita: ſicut deperdebař: adhuc cõtingeret ſenectus ⁊ mors.

Eſt obſeruandũ: ab extrinſeco mouenř quidẽ animalia ſubceleſtia ppter aliud eſſe qd hȝ deſideratum in re ⁊ in anima: ſed corpora celeſtia non dicuntur moueri ab extrinſeco: quia deſideratum in eis habet idem eſſe in anima ⁊ extra: corpora enim celeſtia non habent imaginatiões aliquando in actu: aliquando in potentia: quia intellectiõs intelligentiarum non deſeruiunt ſenſus neqȝ interiores neqȝ exteriores: intelligunt enim ſe per eſſentiam propriã: fruſtra itaqȝ fuiſſet datus celo ſenſus: celo non indigente ſenſu ad ſalutem eius: quare errauit Auicẽna credens celum habere fantaſiaz ⁊ motum ⁊ ponens materiam celi eſſe eiuſdem rationis cuȝ materia horum inferiorum.

Snia. 38.39.40. ſtat in hoc: ſi motus celi eſſet irregularis: aut infinito tempore fieret velocior ⁊ infinito tempore tardior: aut ſemp fieret velocior: aut ſemp tardior: aut alternatis vicibus aliquando velocior: aliquando tardior: non poteſt dici primũ: quia tunc eſſent plura tempora eterna. Item nihil preter naturam durat infinito tempore omnis autem impotentia preter naturam eſt ⁊ ab impotentia naſcitur remiſſio ⁊ tarditas motus: ergo remiſſio motus eſt pter nãm ergo non durat infinito tempore. Neqȝ mot⁹ celi fit ſemp velocior: qꝛ omne quod moueř ab aliquo termino moueř in aliquẽ terminũ: ⁊ ois mot⁹ determinatũ hȝ tẽpus quo cõficiař: vt nõ quãtulocũqȝ tpe motũ fieri ꝯtingat: nõ ꝯtingit ergo celũ quãtulocũqȝ tpe ſuã pficẽ circulationẽ: ſȝ ſi motus celi ſemp fieret velocior: opȝ celũ quãtulocunqȝ tẽpore ſuũ abſoluere ſpatiũ: qd ſi celũ non ſemp ſm motũ itendař ergo neqȝ ſemp remitteř. Iteȝ ſi mot⁹ celi ſemp intẽdereř: tandẽ deueniendũ eſſet ad minimũ tẽpus quo ſuũ expleret circuluȝ: neqȝ vnqȝ eſſet ſtat⁹ niſi dato minimo tpe ſimplr: qd ẽ ĩpoſſibile: ſicut ⁊ minimã dari magnitudinẽ: neqȝ motus celi aliquãdo fit velocior ⁊ aliqñ tardior: nam ſi ſic: id ſenſu exploratũ hẽreř: qꝛ oppoſita iuxta ſeiuicẽ poſita magis eluceſcũt: ergo cũ ſenſu nõdũ cognitũ ſit motuȝ celi aliqñ eẽ velociorẽ ⁊ aliqñ tardiorẽ: non intẽdiř ⁊ remittiř mot⁹ celi ergo motus celi ẽ regularis.

Pro expeditiõe hui⁹ lectiõis ĩ primis ẽ aduertẽdũ: motor celi nõ põt debilitari in ĩfinitũ in ſuo motu: neqȝ vigorari vigoratiõe eterna: qꝛ ſi ſic mot⁹ celi nõ eẽt termiat⁹ in velocitate ⁊ tarditate: cõſtat aũt ꝙ mot⁹ celi ẽ termiat⁹: qꝛ hȝ velocitatẽ terminatã: nõ ꝙ ſit ex loco terminato ad locũ terminatuȝ: cũ nõ ſit inter terminata oppoſita.

Item ſciendum eſt: ſi velocitas eſt nõ terminata ergo potẽtia eſt nõ termiata ergo ⁊ nã ẽ nõ termiata: qꝛ ſi hẽret potẽtiã nõ terminatã ⁊ naturam circa quam ageret terminatam: tũc eſſent motores infiniti quibus non correſpõdent res proprie: ſed motus neceſſario habet materiaȝ terminatam in velocitate: ſi eniȝ nõ terminaretur ad velocitatẽ: poſſet moueri in inſtanti: ⁊ tunc nõ eſſet materia motus ſed mutationis.

Iterum obſeruandum eſt: oẽs motores celoruȝ mouent eterno tempore ergo nõ differunt niſi ppter diuerſitateȝ pportionis inter vnũquodqȝ eoruȝ ⁊ corpus qd moueř: ſed data potẽtia infinita in vigore nõ erit proportio inter rem motam ⁊ motorem aliter motus eſſet in inſtanti. Sicut ergo ſecunda intelligentia mouet tempore infinito ita ⁊ prima ⁊ alie: ergo ſicut nõ differunt in hoc ita ſi poſſet dari potentia infinita in vigore que moueret orbem vnuȝ ſine velocitate terminata: eadeȝ ratione erit ⁊ in alijs: ergo nulla differẽtiȝ erit iter motores quin quilibet eoruȝ habeat potentiaȝ infinitaȝ in vigore: ergo nõ eſſet differentia inter illos ergo nõ eẽt in abſtractis multitudo: quia non poſſunt eſſe multa infinita ſm perfectionẽ: ⁊ cõcludendum eſt: ſi motor eſſet ĩfiniti vigoris additio cuiuſcũqȝ nõ impediret velocitatem cuius oppoſituȝ diciř infra. 71. ⁊ Cõmẽto. 39. cõuinciř potentiaȝ infinitam in vigore nõ conuenire forme ſeparate. Contra: illam potentiaȝ attribuit Ariſtoteles primo motori quam ponit nõ poſſe eſſe in magnitudine: ſed Ariſtoteles probat infinitũ in vigore nõ poſſe eſſe in magnitudine. 8. phyſicoꝝ 78. quia ex virtute infinita in vigore ſequiř motus in inſtanti nõ ex virtute infinita in duratione: ergo. Rurſus intelligentie medie ſunt finitarum potẽtiarum: appetibile ab ipſis eſt infinite potentie: ⁊ tale appetibile eſt Deus ergo Deus eſt ĩfiniti vigoris: ratio eſt Auerrois. 4. capitulo de ſubſtantia orbis: vbi vult intelligentias medias quantũ eſt ex ſe non facere motum eternum. Solutio eſt: cum Deus moueat ſm peripateticos de neceſſitate nature ⁊ ſm vltimũ ſui poſſe: nõ potuit eſſe infiniti vigoris: ne motus localis celi fuiſſet momentaneus: ⁊. 8. phyſicoꝝ 78. principalis intentio Ariſtotelis eſt probare virtutem infinitaȝ in duratione nõ poſſe eſſe in magnitudine: qꝛ ſi ſic: illa eſſet infiniti vigoris: ois eniȝ virtus in magnitudine eſt fatigabilis: ſed virtus fatigabilis nõ põt continuare motuȝ ⁊ actuȝ perpetuũ niſi conſequẽter addař ſibi aliqua virtus fortificans: vel niſi totaȝ illam virtutẽ ſimul haberet ex ſe: ſed cuȝ nihil ſit prius prima intelligẽtia: oportebit intelligentiam totã illam virtutẽ ſimul habere: ⁊ ita ſi infinito tempore mouens eſt aliqua virtus in magnitudine: infiniti vigoris eſt: ⁊ ſi ſic: in inſtãti mouet. Ad aliud intelligentie medie ſuis motibus dant velocitatem: quibus prima intelligentia dat eternitatẽ: ⁊ hoc eſt: quia intelligentie medie ſunt dependentes: prima eſt omnino independens: Theologi volunt Deũ eẽ infiniti vigoris ⁊ ipſuȝ nõ mouere imediate vel mouere tm̃ libere ⁊ contingenter: imo arbitranř multi Deuȝ nõ poſſe mouere ſm vltimũ ſuũ poſſe: quia ſi poſſet ⁊ moueret: in inſtãti moueret. Aliȷ̃ tenẽt Deũ poſſe agere ſm vltimuȝ ſui poſſe ⁊ fatenř ipſum mouere poſſe in inſtanti: vel motuȝ ita velocem: ꝙ velocior dari nõ põt: neqȝ eque velox: ⁊ hec eſt cã ꝙ aliq dixerũt virtutẽ in magnitudie neceſſario mouere ſȝ vltimũ poſſe: nõ aũt virtutẽ extra magnitudineȝ.

Amplius notanduȝ eſt: infinitas intẽſionis nõ eſt in motu celi: imo talis infinitas impoſſibilis ẽ in formis inquãtũ ſunt forme. t. infinita potẽtia in vigore nõ cõcediř forme ſeparate

⁊ ſm tranſlationē latinoꝝ Ariſtoteles aſſerit motuz intendi p additiōnē ptiū velocitatis equaliuz prima ſeu maioꝝ: ⁊ daꝝ qdcz minimū tēpus menſurans minimuz motū in quātitate: ⁊ .6. phyſicoꝝ .50. daꝝ minimuz tēpus in quo pōt mobile tranſmutari: ⁊ cōceſſo vno motu minimo facto in tpe minimo: pars motus erit in pte tpis: vnde nō pōt celuz moueri in tpe minori illo p tm̄ ſpaciū: ſicut neqꝫ ambulās pōt ambulare ſpaciū terminatū in tpe minori illo: ſed ō his dictuz eſt pzio celi .117. Cuz ergo celuz nō cōponaꝝ ex mā in potētia ⁊ forma: ⁊ motor eius ſit abſtract⁹: erit in vna ſpecie tm̄ vnū celuz: nō .n. cōcedo aggregatū ex oibus orbib⁹ eſſe vnū ⁊ aial: ſꝫ quaſi vnuz ⁊ quaſi aial: hec de regularitate motus notata ſufficiant.

Digreſſio.

Quia Cōmētator .35. pbauit nulluz corpus celeſte eſſe eccentricū mūdo: ideo nō immerito dubitaꝝ: nūqd abſqꝫ ſūſidio epicicloꝝ ⁊ eccētricoꝝ poſſint planetarū apparētie ſaluari: pro cuius difficultatis expeditiōe duo faciā in primis qd Aſtronomi ſentiant aperieꝝ. Scdō loco mens Auerrois quo ad melius fieri poterit explicabiꝝ: qbus duob⁹ expeditis finis erit pñtis digreſſiōis. Quantū ad primū dico qꝫ Mathematici has approbant ꝓpōnes. Prima eſt: Sol hꝫ eccentricū: non epicicluz: rō eſt: Sol aliqñ ē nobis ꝓximior: aliqñ remotior ergo hꝫ eccentricū. Itē luna aliqñ eſt magis ecclipſata: ⁊ aliqñ minus ſm qꝫ magis vel min⁹ intrat vmbrā terre: ergo. Itē ſol nō inueniꝝ retrogradus: ſtationarius: directus: ergo non hꝫ epicicluz. Scda ꝓpoſitio eſt talis. Quilibet planeta alius a ſole hꝫ tam eccentricum qꝫ epicicluz: rō eſt: qlibet planeta alius a ſole aliquādo terre eſt ꝓximior: aliqñ diſtantior: veluti ⁊ ſol ergo hꝫ eccentricū. Itē Juppiter: Mars: Venus ⁊ Mercurius inueniunꝝ retrogradi directi: ſtatiōarij vtraqꝫ ſtatione ergo habēt epicicluz. Luna in ſuo motu mō exiſtit velox: modo tarda ergo hꝫ epicicluz. Ex his duab⁹ ꝓpoſitionib⁹ ſequiꝝ corolarie: qꝫ planete mouenꝝ ſub zodiaco ⁊ ſignis eius: quoꝝ qdem motus cōplenꝝ circulis cōcentricis eccentricis defferētib⁹ ⁊ epiciclis: circulus cōcentricus eſt q terram in duo equalia partiri intellectus centrū ſuū idem hꝫ cū centro mūdi. Eccentricus diciꝝ qꝛ centrū ei⁹ ē extra centruz mūdi. Defferens deffert planetā cuius punct⁹ remotiſſim⁹ a terra diciꝝ aux: primus vero oppoſitū augis ⁊ deffert talis circulus planetā ab occidēte in orientē: cōperimus .n. planetam moueri de ariete in taurū: inde ad geminos: deinde ad cancrū ⁊ leonez: ⁊ ſic deinceps: poſt quē motū appet planeta in oriēte ſigno arietis in quo pꝛiº mouebaꝝ exiſtēte in occidente. Epiciclus ē paru⁹ circulus cui⁹ centrū eſt in circūferētia eccētrici: ⁊ dr ēt ſepenumero defferens planetā: qꝛ centrū planete ē in circūferētia epicicli: ⁊ nō ſoluz mouetꝝ ad motū eccētrici: ſꝫ ēt ad motū epicicli: eccētricus tñ diciꝝ defferēs ſimplr̄: qm̄ deffert taz epicicluz qꝫ planetā. Quādo igiꝝ planeta ē in pte ſupiori ſui epicicli videꝝ minor: ⁊ diciꝝ directus: qꝛ moueꝝ verſus partem orientis: qñ vero eſt in parte inferiori apparet maior: ⁊ diciꝝ retrogradus: qꝛ tendit verſus partem occidentis: quādo aūt incipit deſcēdere v̄ſus ptē inferiorē: itaqꝫ nō appareat moueri: dr ſtationari⁹ ſtatiōe pꝛia: qñ aſcēdit vocaꝝ ſtationarius ſtatione ſcda: ſit. A. pūct⁹ oriētis. B. cētruz. C. pūct⁹ occidētis. D. pꝛia ſtatio. F. directio. E. ſecūda ſtatio. G. retrogradatio. Rurſus cū ſūſidio eccentrici pōt ſol in vna medietate zodiaci que eſt a principio arietis vſqꝫ ad finē virginis morari tpe longiori: qꝫ in reliqua que eſt a pꝛīcipio libre vſqꝫ ad finē piſciū: ergo i pꝛima medietate zodiaci maior pars ſui orbis intercipiꝝ qꝫ in reliqua: cū in eccentrico regulr̄ moueatur: ergo linea ſecans zodiacū in duas medietates tranſiēs per centrū mūdi ſecabit circulū ſolis in partes inequales: ergo nō tranſibit p centrū illi⁹ orbis: ergo centrū eius eſt aliud a centro mūdi: apud ergo mathematicos qs imitaꝝ Alber. magnus danꝝ eccentrici ⁊ epicicli: ſunt .n. ſtelle errantes aliquādo terre ꝓpinquiores: aliqñ remotiores: ⁊ ſepenumero apparent notabilr̄ maioris quātitatis qꝫ prius: ⁊ interdū eclipſis eſt diuturnior: iterdū impediꝝ: ſunt ⁊ planete ſtationarij directi: retrogradi: ⁊ iſte apparentie ſaluari nō poſſunt ſine eccentricis ⁊ epiciclis: ⁊ qꝫ plus eſt huius ſnīe videꝝ eſſe Auerrois pꝛimo metheorum dicens: neceſſitamur ponere eccentricū ꝓpter inequalitatē motus ſolis in zodiaco: cū i vna eius medietate velocius: tardius vero in alia moueatur: ⁊ ſupra .32. forte inquit impoſſibile eſt inuenire aſtronomiā cōuenientez eſſe huic qd apparet de luna ſine orbe eccētrico: hec ſunt que mathematicis ſatiſfaciūt. Quātū ad ſecūdā ptem digreſſionis dico qꝫ ſi nālī phyloſophie cōſentire voluerimus fatebimur nullum corpus celeſtē eſſe eccentricum: non poteſt enim motus celi circularis eſſe circa aliud qꝫ circa centrum totius reſpectu cuius ſimplicitas motuū corpoꝝ ſimpliciū dignoſciꝝ pꝛimo celi .6. ſentiemus inſup firmamentū eē pꝛimū mobile realr̄: cum .n. celū ſit ꝓpter ſtellā: vbi nō erit ſtella ibi nō erit celū: ſed ſupra celū ſtellatū nō eſt ſtella ergo ſupra celū ſtellatū nō eſt celū: ⁊ ſtabilito firmamēto pꝛiº mobili certiſſimū erit ipꝫ tm̄ vno motu moueri ab oriēte .ſ. in occidētē p meridiē a pꝛia itelligentia immediate effectiue ⁊ finalr̄: ⁊ cū manifeſtū ſit pꝛimā itelligētiam nō cōcurrere effectiue remote tñ ad motuz planetarū niſi p quāto itelligiꝝ ab intelligētijs mediis ⁊ iccirco nō potuerūt planete plurib⁹ motib⁹ re diſtinctis circūuolui: pōit itaqꝫ phs nālis motuū celeſtiū colligātiā ⁊ aialiū octo celeſtiū cōplātationē ⁊ catenationē nobiliſſimā eē ex aiaꝝ celi vinculo ⁊ ligamēto ſpūali: amat .n. ⁊ itelligit iferior itelligētia ſupiorez p eſſentiā ſupioris: ⁊ pꝛia pōt l eē intētōali pricipiare motū qualē pricipiabat l eē reali: cū g nō ſint plīa corpa celeſtia qꝫ octo ponēda: nō poterūt ſupꝛadicte apparētie ſaluari ponēdo plīa qꝫ octo corpa celeſtia.

Item aduertēdū eſt: cū terra ſit ſperice figure: ſunt q dicūt qꝫ pp ſpericitatē ipi⁹ habitātibus in ſeptētriōe ⁊ in quarta auſtrali pōt ſol qñqꝫ maioris appere quātitatis qñqꝫ minoris: ⁊ ea ꝓximior ⁊ remotior ſepe iudicaꝝ: vt ⁊ inſup ſol moueꝝ veloci⁹ in vna medietate zodiaci qꝫ in alia: at habitātib⁹ ſi q ſint ſub eqnoctiali iſte diuerſitates nō apparerēt. Cōtra iſtū modū ſaluādi appentias arguiꝝ imprimis nō ſaluanꝝ retrogradatiōes. Itē: ſol reſpectu habitātiū ſub eqnoctiali facit ēt ſupꝛadictas diuerſitates: moraꝝ .n. ſemp in vna medietate zodiaci maiori tempore qꝫ in alia. Itē illis ſol qñqꝫ ē proximior: quādoqꝫ diſtantior.

Propterea dicēdū ē qꝫ celum moueꝝ vno motu q vocaꝝ leulab .i. ſpiralr̄ q qdē nō ē pfecte circularis: quo poli veri pꝛimus variaꝝ: polis imaginarijs ꝑmanētib⁹: ⁊ p talē motum efficiꝝ

efficiť ꝙ ſtella mõ tẽdit v̇ſus oriẽtẽ: mõ v̇ſus occidẽtẽ interdũ efficiť ſeptẽtrionalis: interduʒ meridionalis: ⁊ ita pp circulos deſcriptos a polis veris appentie dicte ſaluari poterũt: veꝝ qꝛ hec itelligi nõ poſſunt niſi poſt ſtudiũ aſtrologie: hec pauca ſufficiãt ꝓ oportunitate loci ⁊ temporis.

¶ Summa ſexta Secũdi de celo.

Voluimus modo.

Preſenti ſũma q̄ ẽ a textu cõmẽti. 41. vſqꝫ ad. 60. mãifeſtanť ſubſtãtie: figure ⁊ motꝰ ſtellaꝝ. Sñia aũt. 41. ⁊. 42. ſtat i hoc. Aſtra ſũt eiuſdẽ nãe cũ celo in quo fixa mouenť: ⁊ nõ eſt cõcedẽdũ aſtra eſſe igneos lꝫ caleſaciãt: nã celũ ſuo motu ⁊ lumie caloreʒ in aere ꝓducit: ipm tñ nõ eſt calidũ formalr: ⁊ maxie ſol inducit calorẽ q̄to accedit ad nos ⁊ cancro proximus efficitur.

Circa. 41. eſt prio ſciẽdũ: ſtella ⁊ eiꝰ orbis eiuſdẽ ſunt nãe: orbis. n. totꝰ eadeʒ numero intelligẽtia iſormať: diuerſitas. n. iter ſtellã ⁊ orbeʒ accidẽtalis eſt: ſilr iter ptẽ luminoſam ⁊ nõ luminoſam rarã ⁊ dẽſam: ⁊ ille diuerſitates accidẽtales non iferũt aliquã in celo cõtrarietatẽ: neqꝫ aliquã ex contrarijs cõpoſitionẽ faciũt. Itẽ aduertẽdũ ẽ: verior ẽ hec ꝓpoſitio: ps ẽ de nã totiꝰ q̄ iſta: totũ ẽ de nã ptis ⁊ lꝫ celũ vna tm̄ ꝑficiať itelligẽtia: nõ tñ quelibꝫ ps celi ẽ celũ: cũ celũ ſit aial ⁊ oẽ aial ſit etherogeneũ: ⁊ ſit aia actus corpis organici. 2. de aia. 7.

Cõmentũ. 42. varijs notãdis ⁊ duabꝰ digreſſiõibꝰ aptanť. Dico igiť primo: nõ eſt neceſſe mediũ alterari ꝑciſe eodẽ mõ ſicut extremũ: piſcis. n. ſtupefacit manũ piſcatoris: nõ re. ⁊: ita celi inferiores a ſuperioribꝰ illumianť: nõ tñ cõterũtur ⁊ caleſiũt ⁊ mouenť motu locali a ſuperioribꝰ.

Dico ſecũdo: Actio qua celũ agit in hec iferiora toti celo demãdať ſm tñ virtutẽ ſolis ⁊ aliaꝝ ſtellarũ: ⁊ tale aggregatũ ex oibꝰ orbibꝰ ẽ quaſi vnũ aial: ⁊ nõ eſt vnũ aial: cũ nõ hẽat vnã itelligẽtiã i toto ⁊ ptibꝰ: imo alteri ⁊ alteri orbi alia ⁊ alia intelligentia eſt diſtributa: ⁊. 3. diſputatiõe dubio. 18. dicebat Cõmẽtator: celũ eẽ ſile vni aiali: tũ ꝓpter orbes varios intelligẽtijs ſubiectos organis vnius animalis mortalis correſpõdentes: tũ qꝛ orbes liganť ſpũalr: ſicut ptes aialis ſubceleſtis cõnectũtur realiter ⁊ ligamẽto corporali: tũ quia orbiũ reſolutio eſt ad primũ mobile: ſicut membrorum vnius animalis reſolutio ſtat ad cerebrũ vel cor: ideo ceſſante motu primo rueret orbis: ſicut ceſſante actiõe cordis perit aial.

Dico tertio: Erronea eſt imaginatio credentium orbes ſuperiores influere in inferiores: ſed dicitur primus orbis mouere alios: quia intelligentia prima eſt ab alijs intellecta que quidem mouet alios orbes effectiue ⁊ finaliter: vnde eſt celum cauſa vniuerſalis in quod effectꝰ ſubceleſtes reduci debẽt: tanq̄ in primũ alterans: q̄ꝫ deinde in primum mouens oĩno imobile reſoluiť: celũ nõ recedit a nã actiuis: ⁊ eſt celuʒ maius maioris virtutis ceteris paribus: ex oibꝰ itaqꝫ celis ſit vnuʒ agens quaſi vnum aial agens ſm diuerſas ſtellas: neqꝫ incõuenit orbes pati inter ſe intentionaliter ꝓpter lumen in eis receptũ: ⁊ cõfirmo id q̄ꝫ ſolitus ſum dicere: multas ſcilꝫ formas ineſſe intentionali ꝓducere effectus reales vt patet de arte ⁊ lumine. Et ſiqs dicat. Contra: ſi celuʒ ageret in hec inferiora: paſſuʒ ſibi aſſimilaret. Dico celuʒ aſſimilare ſibi paſſuʒ faciẽdo paſſum tale in actu: quale erat celum in virtute: ⁊ tantã in ſubceleſtibꝰ potuit celum cauſare diſſormitatẽ: qꝛ ⁊ ipſuʒ fuit diſſorme in motu: lumine: raro ⁊ denſo. Sunt ⁊ orbes inter ſe ſubſtantialiter diſſormes: qbꝰ intellectꝰ humanꝰ ſubiciť indirecte pp. ſ. colligãtiã quã hꝫ cũ viribꝰ ſenſitiuis.

Dico quarto: Stelle celeſtes pp fortiſſimũ motũ igniri dicunť: qꝛ igniũt mãm quã fortiter mouẽt: ⁊ motꝰ eaꝝ effectuʒ ſuũ extẽdit ad aereʒ: ſtelle aũt dicte ſm ſilitudinẽ pp calorẽ ſuperioris aeris igniri dicunť ex motu aeris ⁊ ꝑũt ſtelle nobis appropinquari ⁊ a nobis remoueri in reſpectu ad zenith ſine orbe eccentrico: neqꝫ ſol magis appropinquat puncto q̄ꝫ eſt centrũ: ſed puncto q̄ꝫ eſt zenith.

Dico quinto: Lumen eſt caleſactiuũ ⁊ ꝑſeruꝫ cũ reflectiť radius ad ꝑpendicularẽ: qꝛ tũc radius duplicať: ⁊ fortiꝰ cũ radij ꝯgreganť: vt experiẽtia ſpeculi cõcaui lumine reuerberati in certo puncto ignem generãtis: ⁊ loca vmbroſa ſunt frigida: ⁊ media aeris regio frigida eſt a reflexione radioꝝ nõ vexata.

Digreſſio prima.

Queritur nũqd motus localis ſit caleſactiuꝰ videť ꝙ non: tũ qꝛ generatio cuiuſlibet forme eſt ab vniuoco: tuꝫ qꝛ calor cauſať a calore ergo nõ a motu: tuꝫ qꝛ aqua mota frigeſit: ⁊ ſlabellatio refrigerat ⁊ poſt motũ remãet hõ frigidus: tuꝫ qꝛ motus localis eſt ens reſpectiuũ: reſpectꝰ aũt nõ eſt actiuꝰ. In oppoſitum eſt Ariſtoteles. Solutio queſiti vltimata ẽ: caleſacit localis motus qñ mobile velocius moueť q̄ ſi moueretť nãliter ptes mobilis diſtrahẽdo: diſſoluẽdo: ⁊ rareſaciẽdo ⁊ cõterẽdo: motu itaqꝫ calor ꝯſeruať ⁊ generať nõ ꝑ ſe ⁊ vniuoce ſꝫ equoce ⁊ maxime motu celeſti q cõparatus celo eſt vera vita: cũ ſit operatio intelligẽtie: ſed in relatione ad hec iſeriora eſt quaſi vita: quatenus eo aie ⁊ operationes viuentiũ cõſeruanť. Ad primũ nõ oportet ſubſtãtias imꝑfectas ⁊ accidentia a ſibi ſimilt generari: ⁊ ita ſoluiť ſcdm ⁊ quartũ: qꝛ motus localis per ſe terminať ad vbi: cõſecutiue ad raritatẽ ⁊ caloreʒ. Ad tertiũ ſemp motus caleſacit vbi nõ cõcurrat potẽtior cã ad infrigidanduʒ q̄ ſit motus ad caleſaciendum.

Digreſſio ſecunda.

Dubitatur nũqd lumen ſit caleſactiuũ: videť ꝙ nõ: tuꝫ qꝛ lumen eſt ſpiritualiter in medio: tuꝫ qꝛ oĩa corpora celeſtia caleſacerent. In oppoſitũ eſt Auerrois dicens calorẽ conſequi lumẽ. Solutio ẽ: põt forma intentionalis ꝓducere effectũ realeʒ: ⁊ corpora celeſtia tm̄ caleſaciunt intenſe tñ ⁊ remiſſe: ſunt. n. noctes in plenilunijs calidiores ⁊ nõ ingrediť frigiditas opus nature. Et ſi quis dicat. Contra: ſiccũ ⁊ frigidum eſſent per accidens in vniuerſo. Itẽ forma ſubſtãtialis terre ẽ per ſe intenta a natura ergo ⁊ eius diſpoſitiões que ſunt frigiditas ⁊ ſiccitas. Dico celuʒ conſeruare elemẽta frigida motu ⁊ lumine: motus. n. celi factus in tanta diſtãtia cã eſt elementoꝝ cõſeruatiua ⁊ fateor celuʒ ꝑ

accidens ſiccitatē terre nālem adiuuare: hec de.45.

Sententia. 43. vſqꝫ ad.52. ſtat in hac concluſione. Aſtra nō mouent̄ ſolitarie ⁊ ꝓprio motu ſm celi circulum: vnde moueri ꝓprio motu eſt moueri nō ad motū alterius: vt quolibet altero qeſcente nihilminus ipſum moueatur. Quieſcere pro nūc eſt nō moueri motu ꝓprio ⁊ ſolitarie ⁊ ſeorſum: mouebunt̄ ergo ſtelle ad motum ſui orbis cui ſunt infixe: ſicut moto hoīe mouent̄ partes integrales eius: ⁊ mota naui clauus īfixus naui: ita aſtra nō tranſferunt̄ niſi ſm tranſlationem celi cuius ſunt ptes integrales: hec eſt ſnīa huius ptis generalis. Sentētia aūt.43. talis eſt: occultata fide ꝯſpiciuntur ortus ⁊ occaſus aſtrorum ⁊ terra qeſcit in medio ergo nō qeſcunt celum ⁊ aſtra.

Auerrois dicit primo: qm̄ declaratū eſt ꝙ ſtelle ſunt partes rotundi ⁊ ꝙ eſt impoſſibile vt ſtelle moueāt̄ localiter per ſe: quoniā ſi ita eſſet mouerent̄ recte. Senſus eſt: ſi ſtelle mouerentur per ſe motu ꝓprio ⁊ ſolitarie: mouerent̄ motu recto: irō eſt: qꝛ nō mouerent̄ motu mixto: cuꝫ ſint corpora ſimplicia: nec motu circulari ſimplici: qꝛ nō mouent̄ circa centruꝫ totius ergo motu recto ſimplicit⁊ paulopoſt ait: aſtra vident̄ moueri ꝑ ſenſuꝫ: ⁊ celum ꝑ exiſtimationē: eſt naqꝫ celuꝫ ſenſibile quatenꝰ ſubiicit̄ luci informanti ſenſuꝫ viſus.

Item ait: apparet.n. ſenſui ꝙ ſtelle erratice habent duos motus. ſ. ex oriēte in occidēte ⁊ ex occidēte ī oriētē ⁊ hoc īpoſſibile ē niſi vt altero duorum motuū ſit pars motꝰ totius mota. Senſus eſt: planete dicunt̄ hēre duos motus: quia ipſi nō ita cito circuūt ſicut firmamentū: celerius.n. apparent deffectus planetarū ꝙ̄ firmamēti: vt dixi ſupra.35. ⁊ ſunt planete quaſi ptes totius celi: qꝛ totum celuꝫ ē quaſi vnum animal.

Iterum ait: ſi ita eſſet ſicut illi dicūt de quiditate ſtellarum nō apparet hoc quod apparet de motibus earū ex occidente ⁊ retrogradatione ⁊ ꝓgreſſione earuꝫ. Senſus eſt: nō eſt de ſtella id qd̄ apparet de ripa fluminis exiſtenti in naui mota in flumie: ripaꝫ ſcilicet moueri ꝓp motū organi in quo fit viſio. Ebrijs etiā aliqua apparent moueri ꝓpter ſpirituū oculi vertiginem: ſed dato ꝙ de quiete terre dubitaretur adhuc planetarum cōiunctiōes ⁊ oppoſitiones motū celi indicant.

Snīa. 44.⁊.45. Nō poſſunt celuꝫ ⁊ ſtella moueri proprijs motibus: eodem enim tēpore aſtrum ⁊ orbis perficiunt circulationē ergo minori corpori daretur motus equalis motui maioris corporis: ⁊ tranſponant̄ ſtelle ad intellectuꝫ ſaluatis orbibus: tunc ſtella velocius moueret̄ orbe aut econtra: neqꝫ a caſu eſt equalitas in motu celi ⁊ ſtelle: qꝛ in celo non eſt caſus: quia ibi non eſt materia. Iterū ſtelle maiorum orbium velocius mouerentur ſtellis minoruꝫ: ſed in celo maiori cōtingit eſſe ſtellaꝫ minorem: ergo minori corpori concederetur velocior motus naturaliter: ⁊ ſtelle firmamēti inequalis ſunt magnitudinis: quas quidem oportet habere motus naturales equales: ⁊ id qd̄ Auerrois dicit: dictū aſtronomoruꝫ nihil eſt intelligo ſic: mathematici faciunt ſaturnū velocius moueri ⁊ tardius circuere: lunam tardius moueri ⁊ velocius circuere: ſed hoc nihil ē: qꝛ planeta velocioris motꝰ ē velocioris circuitōis tenēdo planetā nō moueri niſi vno ſimplici motu: ⁊ qd̄ dr̄.45. effectū caſualē nō hēre cām intelligit̄ non habere cām intendentē illū effectuꝫ. Contra: mercurius apparet ſintillare ⁊ hoc non eſt ex diſtantia ergo eſt ex motu ſtelle trementis. Solutio eſt: talis diſtantia in cōparatione ad paruitatē mercurij eſt cauſa ꝙ mercurius apparet ſintillare. Itē corporibꝰ ſpericis debet̄ motus circa illorum centrum: ſtelle ſunt ſperice: ergo. Solutio eſt: corporibus ſpericis per ſe exiſtentibus ⁊ totalibꝰ debet̄ motꝰ circa ꝓpriū centrum. Iterū ſi ſtelle nō hērent motū ꝓpriū: tūc haberent quietem infinitam que eſt priuatio motus: conſequens eſt falſum: qꝛ quieſcens nō mouet̄ in tpe in quo pōt moueri.6. phyſicorum.30. ergo cū ſtelle nō poſſint moueri motu ꝓprio: nō quieſcunt. Solutio eſt: ſtelle vt qeſcenti motus pōt ineſſe: nō aūt inquātum tale quieſcens eſt: conſtat ergo ex his ꝙ aſtra nō mouent̄ motu ꝓprio: nā cū ſint minora ꝙ̄ ſui orbes ⁊ eiuſdem ſpeciei cum illis ⁊ eque velociter mouētur cum ſuis orbibus: quod a caſu euenire non pōt: corporum ſimplicium eiuſdem nature que magnitudine maiora ſunt: non eſſent velociora: ergo iſta ꝓpoſitio eſt impoſſibilis: ſpere celeſtes ⁊ aſtra mouentur proprijs ⁊ peculiaribus motibus.

Sententia. 46. ſtat in hoc: ⁊.47. Non eſt dicenduꝫ celo quieſcente aſtra moueri: quia ſi ſic: ſtellarū velocitates ſumerent̄ ſm circulos quos ſuo motu pertranſirent: vt que mouerentur ſm equinoctialem celerius mouerentur: que citra aut vltra tardius: quia he in equali tempore minus: ille vero maius abſoluerent ſpacium ergo non ſeruaretur ſtellarum ſm ſuas magnitudines proportio ⁊ velocitas: nam compertum eſt ſtellas maioris magnitudinis eē in circulis minoribus ⁊ minoris in equinoctiali: ⁊ aliquas equalis magnitudis ī minoribꝰ circulis ⁊ equinoctiali ꝙ q̄ maioris eēnt molis tardius mouerent̄ ⁊ q̄ minoris velocꝰ: ⁊ aſtrorum eq̄lis molis aliqua eēnt velociora: alia vero tardiora. Itē ſi celis qeſcētibꝰ aſtra moueant̄: aut mouent̄ extra orbē ſuuꝫ ⁊ ſi ſic: in celo eēt vacuū ꝑ qd̄ aſtra mouent̄: aut mouentur ītra orbē: vt piſcis ītra aquā ⁊ auis ī aere ⁊ ſi ſic: oporteret aſtra diuidē ſuū celū aut celi dimēſiōes penetrare: ergo relinq̄t̄ iſta ꝓpoſitio cōcludēda: celo moto aſtra qeſcūt: ⁊ cū ſuo celo ferrunt̄: tūc.n. circa cētrū maiora corpa velocꝰ mouebunt̄ ⁊ minora tardius: nō oportebit quoqꝫ celuꝫ diuelli ⁊ diſtrahi ad hoc vt ſtelle mō ad ortū: mō ad occaſum tranſferunt̄.

Circa. 46. dico primo: motꝰ ſtellarum ē ſꝫ magnitudinē circulorum ab oriēte ī occidēte: ⁊ ſi mouerētur planete ab occidēte ī oriētē: nō moueret̄ maior orbis velocꝰ minori: imo tardiꝰ: ꝓpterea planetis nō ē aſſignādus niſi motꝰ ab oriente in occidentem: re ipſa.

Dico ſcdo: Si ſtelle mouerent̄ ⁊ orbes qeſcerēt: cōplerēt ſtelle ſuas reuolutiōes in eodē tpe caſu: qꝛ accidēt ſtellis hēre velocitates ꝓportōales ſꝫ magnitudinē ⁊ paruitatē circulorum ī qbꝰ exiſtūt: qꝛ nō mouerent̄ ſtelle velocꝰ ⁊ tardius ſꝫ nāꝫ ꝓpriā: ſꝫ ſꝫ nāꝫ circulorum ī qbꝰ ſunt: q̄re erit ſtella orbi fixa ñ tanq̄ grauis: qꝛ ñ ē apta recipe motū rectū: neqꝫ violēter neqꝫ nālr: qꝛ ſi reciperet violēter: ſciperet ꝯtrariū illiꝰ motꝰ quē violent recipiebat.

Dico tertio: Velocitas maior ī orbis ē ſꝫ ꝓportiōeꝫ ad orbes ex qbꝰ cōtinet̄ ⁊ hoc ē vl̄r verum: ⁊ Cōmētator adiungit limitationes trahētes dictā ꝓpoſitioneꝫ ad corpora celeſtia in quibus tantuꝫ valet magnitudo corporis: quantū in

rectis

rectis motis magnitudo ſpatij pertrāſiti: neqꝫ vult Ariſtoteles omnes orbes equaliter circuere: ſꝫ vult orbes maiores velocius circuere ⁊ velocius moueri orbibus inferioribus: ⁊ quia hoc eſt verum tantum de motu ab oriente in occidenteꝫ: ideirco ſtellis non datur alius mot⁹: hinc patet error Alberti magni credentis opinionē Alpetragij nullaten⁹ eſſe ad mentē Ariſtotelis ⁊ iterū falſum eſt planetas cōplere ſuas circulationes cum primo mobili ⁊ ſm Mathematicos ⁊ ſm Alpetragium.

Circa. 47. Celum non eſt diuiſibile niſi p deſignationem: ideo non eſt diuiſibile: ⁊ vn⁹ motus cōtinuus dꝫ eſſe in vno moto cōtinuo nō habente in ptibus diſcōtinuationē: ⁊ colligit ex hoc cōmēto aggregatuꝫ ex oībus celis nō moueri vno motu: cū tale aggregatū nō ſit vnū cōtinuum.

Sententia. 48. ⁊ 49. Aſtra nō poſſunt moueri circungirando: naꝫ corpora que circūgirant: ſemp in eodem loco permanent: aſtra aūt nō ſemp manēt in eodem loco: ſed modo in oriente: mō in occidente ꝯſpiciunt: ergo aſtra nō circungirant: ꝙ aūt ſol oriens ⁊ occidens videat ſe circūgirare hoc nō eſt qꝛ vere circūgiret ſed ꝓpter noſtri viſus debilitatē: que ex longa rei viſe ꝓuenit diſtantia: nobis ſic apparet ſicut ſtelle firmamēti qꝛ per magnā diſtantiaꝫ videnť apparent ſintillare ⁊ tremulo lumine micare: planete nobis proximiores nō videnť ſintillare: qꝛ breuiore vidētur radio: neqꝫ aſtra circūuoluūtur vt globus p ſuperficiē terre decurrēs quia in his que circūuoluūtur nō ſemper eadē apparet ſuperficies: ſed mō vna: mō altera: quod ſi glob⁹ eſſꝫ diuerſicolor facile ſenſu dignoſceretur: in ſtellis aūt ſemp eadem nobis apparet ſupficies: nā quod in vno aſtro ꝯſpicit: rationabile eſt in alijs cōſimiliter inueniri: in vno aūt aſtro vt luna eadeꝫ nobis ſemp apparet ſupficies: vt ea que diſſormis eſt: ⁊ pteꝫ vnā clari⁹ lumine pfuſaꝫ: alterā vero min⁹ oſtendit: nō. n. hꝫ luna lumē vniforme: ſed maius in vna pte ⁊ min⁹ in altera ⁊ maculoſa facies dicitur.

Circa. 48. Dico primo: aſtra nō mouent motu circūgiratōis: qꝛ trāſferunt ab oriēte in occidētē: ⁊ iſte motus nō apparet in oībus: cū ita deberet appere: cū oīa aſtra ſint eiuſdē ſpēi ⁊ nāe analogice. Iterū dico ob viſus debilitatē ꝯcurrēte diſtātia obiecti ⁊ claritate eiuſdeꝫ appet in ſtellis multis tremor ⁊ ſintillatio: ⁊ ſicut hoī circūgirato velociter apparēt circūſtātia moueri: ita appet ſolē rotari circa ꝓpriū cētrū pp hūores ⁊ ſpūs viſiuos caleſactos ⁊ motos. Itē multitudo vapoꝝ cadēs inter ſolē ⁊ oculos facit ſolē appere maiorē: ipſūqꝫ moueri motu ſaltatōis.

Circa. 49. Eſt primit⁹ obſeruādū: lumen in luna apparēs nō eſt reflexū tm̄ ad exterioreꝫ ſupficiē lune: imo recipit in ſubſtantia lune: qꝛ de nā luminis reflexi a corpore ſperico eſt ſolū ad angulos terminatos reflexionē fieri cui⁹ oppoſitū appet: qꝛ tota terra ſm pteꝫ illi⁹ expoſitā lune radiat: cā ita qꝫ imaginis apparētis in luna nō eſt montis: aut mare reuerberatū: ſꝫ eſt ex diuerſitate partiū lune diuerſimode lumen recipiētiū: vñ nō eſt luna totaliter pula neqꝫ eſt reflectēs tm̄: qꝛ tunc nō ſpargeret lumen p terrā: ſed in determinato loco vniret: ſed profundat lumen in luna vſqꝫ ad certā illius ptem.

Scdo ſciēdū eſt. Auicēna tenuit corpa celeſtia differre ſpē ⁊ eē eiuſdē generis: pp. ſ. diuerſitatē motuū ⁊ cētroꝝ. Cōtra: corpa celeſtia eēnt ꝯpoſita ex mā ⁊ forma ⁊ eēnt gnābilia ⁊ corruptibilia ⁊ eēnt aliq̄ corpa priora celo: vñ vult Cōmētator celis eſſe aliqd cōe genus analogum non vniuocum: ⁊ que ſunt eiuſdem ſpeciei vniuoce materialia ſunt: nō que ſunt eiuſdem ſpēi analogice: veluti exiſtunt celi ⁊ intelligentie.

